

LEGALIS ET HYSTORIALIS TRACTATVLVS.

SVPER TEMPORIBVS, ERECTIONIS, INSTITVTIONIS, ET CONFIRMATIONIS APOSTOLICAE; IN ORDINIBVS FRATRVM MENDICANTIVM.

Collectus per Scipionem Giardinum *de Macerata* DOMINI IESV CHRISTI *Altißimi Gratia I. V. Doctorem.*

DE LICENTIA DD. SVPERIORVM.

MACERATAE,
Apud Sebaſtianum Martellinum.
M. D. LXXVIIII.



DIVAE S. CATHERINAE VIRGINI, ET MARTYRI PRECIOSISSIMAE.

INCLYTA virtus tua, lympidiſſimè illuxit, Virgo martyr ſanctiſſima: dum SPIRITVS SANCTI afflatu-inſtincta: Imperatricem ditiſſimam; ſapientes illuſtriſſimos: equites validiſſimos, non modo fœliciter ad ſanctam Domini Noſtri IESV CHRISTI fidem conuertiſti, ſed etiam ad martyrii quoque triumphum, tuis Chriſtianis, verſos dogmatibus, tecum per victricis conſtantiſſimæ fidei candorem in terris: per coronam gloriæ in cœlis, beatiſſimè ſociaſti. Quare nunc hæc, quæ tibi Diuina Viſione fruenti humillimè genuflexus dicari meas eſſe partes omnino ſenſi: atque ad Sanctiſſimum D. N. GREGORIVM XIII. Sponſi tui Vicarium, ſub tui NVMINIS præſidio dirigi operepretium exiſtimaui: Propitio miti virgineo intuitu ſuſcipe: & pro tua ſereniſſima Charitate, ò Regina, quæ Cœlorum IMPERATRICEM DEI MATREM, & virginum Virginem glorioſe comitaris quocunque vadit: ac poſt eam ſingulariter rutilas ſplendore CHRISTI Agni: ora pro fœliciſſima diutina vita Beatiſſimi GREGORII PAPAE Noſtri prædicti: atque ęterna: Cuius immenſa Pietas, animum ſerui tui, vſque adeo recreando refecit, vt Hæc tuo ſanctiſſimo Numini conſecrata, qualiacunque ſint, mittere ad eum mira animi iucunditate non ſim veritus: oraque pro nobis atque ſine fine ſemper AVE in nomine Sancto IESV.

A SANCTIS-



MO

SANCTISS. D. N. D. GREGORIO PAPAE XIII.

Scipio Giardinus de Macerata Sal. & fœl. P. D.

QVAE *Religionis ſunt, ad ſummum totius Religionis Antiſtitem referri, Ratio ſancta Religionis, non modo poſtulat; ſed ſuo ſanè iure depoſcit, atq; efflagitat: Quamobrem tametſi in excelſo ſuprema Maieſtatis ſacroſancta Pontificalis* SOLIO *digniſsime ſedens, Rutilanti omnium maxima Dignitatis ſuperno fulgore eluceas* GREGORI *gregis Gubernator Dominici: pro inſigni tamen tua Benigniſsima Pietate, quaſo Propitijs haud dedigneris auribus excipere; quas Chriſtiana ouis tua, voces; in Nomine Domini Noſtri* IESV CHRISTI NAZAREI CRVCIFIXI, *penes Sacratiſsimos Pedes tuos, humillimo balatu, adoranti genuflexione, ex ſuo munere, tua fidens inſigni Clementia, fundere; pro ſanctiſsima veritatis Zelo, ſtudio ſum eſſe exiſtimaui. Quid enim aliud Draco ille tuus, Serpens ſapientiſsimus; qui inferiora abiecit, altiſsima volitantibus integerrimis alis: toto Pectore, erectus collo, ſublimis ore petit: nobis indicat: Vrbem, & orbē admonet: Niſi quòd Tu Vigilantia Draco, Prudentia Serpēs, cæleſti ſapientia infimiora terrena circumcidens, lectiſsima mœditationis volatu, rectus per iuſtitiam animo, Benedictus ore per puriſsimas (fixo in Deum altiſsimū intuitu) preces: celſiſsima Diuina* VOLVNTATIS *pœnetralia, quàm fœliciſsimè beatiſsimus peruadis: indeq. ſublimiora* DEI, *ex diuino ipſius* SPIRITVS SANCTI *lumine, velut ex Solis nitidiſsimi lympido fonte, quotidie ſacro Pectore affluenti infuſione recipiens: ſingula ſuauiter clementi Imperio, prout inuiolabilis Iuſtitia ratio exigit, diſponis: & lubenti animo ſuſcipis, quacunque Religionis, ac veritatis amore humili, pioq. intentionis affectu coram ſublimi tua Maieſtatis Throno proponūtur? Vale, & in ipſo Glorioſiſsimo Nomine* IESV, *ſanctiſsima queque tua vota pertinge.*



1 FORTE vinum: fortior mulier: fortiſsimus Rex: ſed omniū perquàm fortiſsima veritas. nu. 1.
2 Sancta Romana Eccleſia, Catholica, Apoſtolica: Sponſa Domini Noſtri IESV CHRISTI filij Dei cōſubſtātialis eterno PATRI, peperit in ordine mēdicantiū quatuor filios. nu. 14. & 86.
3 Fratres prædicatores ſunt Primogeniti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in ordine mendicantium. nu. 3. & 87. & nu. 227.
4 Fratrum prædicatorum inſtitutio antiquior eſt. nu. 17. & 84. & 219. & nume. 250. & 257. & 339.
5 Fratres prædicatores, ſunt cæteris mendicantibus digniores, & præferendi. nu. 88.
6 PAPA prius confirmauit, ac primo erexit ordinem fratrum prædicatorum: deinde cæterorum mendicā-tium. num. 21.
7 Fratres prædicatores fuerunt confirmati anno ab INCARNATIONE Domini Noſtri IESV CHRISTI 1216. M.CCXVI. per Honorium tertium. nu. 22. & nu. 224. & nu. 256.
8 Fratres Carmelitani fuerunt confirmati, anno eiuſdē Domini Noſtri IESV CHRISTI 1217. M.CCXVII. per eundem Honorium tertium. nu. 249. & nu. 231. & nu. 216. & 255.
9 Fratres minores Sancti Franciſci fuerunt confirmati anno Domini 1224. per eundem Honorium tertium. nu. 246. & nu. 295.
10 Fratres heremitani S. Aug. fuerunt confirmati anno Domini 1254. per Alexandrum quartum. nu. 23. & nu. 241. & 229. & nu. 311. & nu. 330. & 344.
11 Ratio cur Carmelitæ ſecundum locum Romæ in proceſsionibus teneant, & quidem de iure legitimo: & tamen eorum Generalis in Cappella Domini Papæ quartum locum nactus ſit. nu. 233. & ſeq.
12 Honorius tertius de conſenſu omnium Cardinalium declarauit ordinem fratrum prædicatorum eſſe ſuperiorem cæteris mendicantibus. nu. 44. & 85. & 252. & nu. 257.
13 Sublimior ordo inter mendicantes, eſt fratrum prædicatorum ordo: iſtisq; omnino locus dignior vbiq; debetur, etiam ſi nouiſsimi venerint ex communi ſententia, & ex deciſione in puncto Alexandri vi. nu. 131. & nu. 162. & 166.
14 Tenor breuis Alexandri vi. nu. 169.
15 Carmelitanis haud quartus, vel tertius locus: ſed de iure, & ex veritate locus ſecundus debetur. nu. 129. & nu. 222.
16 Pro inſtituendis religionum ordinibus confirmatio Domini Papæ requiritur: SINE QVA FACTVM EST NIHIL. nu. 32. & nu. 82. & ſeq.
17 Confirmatio Domini Papæ attenditur ex frequentiori ſententia. nu. 25. & 34. & 65. & num. 239.
18 Materiale initium non attenditur, ſed formale initium ſpectatur, nempe Apoſtolica approbatio. num. 258. & nu. 26. & ſeq. & nu. 264.

19 Institutio Religionis, dicitur tempore Confirmationis Apoſtolicæ aduenire. nu. 67. & nu. 338.

20 Confirmatio, & inſtitutio Apoſtolica non poſſunt retrotrahi ad materiale initium præſertim ſi mediũ impediens interim ſuperuenit. nu. 275. cum ſeq. & nu. 284.

21 Religionis erectio, atq; inſtitutio conſiſtit In Nexv, quem facit Romanus Pontifex per Apoſtolicam cõfirmationem, & benedictionem: inter congregationem ſupplicantem ex vna; & regulam exhibitam ex altera. nu. 47. & 50. & 54. & 59. & 75. & 311. & 313. & 319. & 331. & 344.

22 Priuilegia Domini Papæ erga congregationes religioſorũ, quandiu variare poſſunt ſuper regula, dicuntur tolerantiæ & fauores quidam, ſed non dicitur Apoſtolica inſtitutio, nec ordinis erectio: niſi dum Papa illos Apoſtolica auctoritate innodat alicui regulæ. nu. 318. & 327. & 336.

23 Tria copulatiuæ requiruntur antequàm dicatur ordo religionis inſtitutus. nu. 325.

24 Confirmatio Domini Papæ facit religionem eſſe legitimam, & Apoſtolicam. nu. 51.

25 Dominicani primo ſubiecerunt ceruices Romano Pontifici, & nodum inter regulam, & ipſos illigari Apoſtolica auctoritate meruerunt. nu. 344.

26 Si aliqua religio prius inchoata fuit, poſtea autem per Romanum Pontificem confirmata: Alia vero religio fuit poſteriori tempore inchoata, ſed tamen prius per Papam confirmata: iſta dicitur dignior, & huic non poteſt negari dignior locus, ex magis communi ſententia. nu. 68.

27 Non attenditur antiquitas conuentus in Ciuitate, aut Prioritas ingreſſus in eam: ſed duntaxat Dies confirmationis Apoſtolicæ ſpectatur. nu. 163. & nu. 172.

28 Beatus Patriarcha S. Dominicvs cum ſuis fratribus prædicatoribus, præbuerunt exemplum cæteris mendicantibus, præſentandi ſe cum regula coram Romano Pontifice, & innodari illi regulæ auctoritate Apoſtolica, quod eſt in ordinem religionis per Papam ad quem hoc ſpectat, erigi. nume. 35. & 33. & 54.

29 Viſio Romani Pontificis tempore Sancti Dominici; quòd Baſilica Lateranenſis præceps ferri comminabatur: & ſeruus Dei Sanctus Dominicus humeros ſubijciens ſuſtinebat. nu. 213.

30 Beato Sancto Dominico, dignitas antiquiſsima Canoniae Regularis inſidebat, dum ordinem prædicatorum erexit. nu. 259.

31 Quandiu religioſi viuentes ſub aliqua ſancta regula, nõn innectũtur illi regulæ per Apoſtolicam auctoritatem: tandiu variare poſſunt ſuper regula. nu. 55. & nu. 333

32 Ante confirmationem Apoſtolicam, dicitur materia præparata ad religionum ordines: ſed non dicitur ordo religionis. nu. 64. & nu. 26.

33 Duces quatuor ordinum mendicantium. nu. 70. cum ſeq.

34 Reiecta eſt atq; illegitima eſt, omnis religio quæ non ſit Apoſtolica auctoritate confirmata. num. 82. & ſeq. & nu. 208.

35 Non tituli ſublimitas: Non regulæ antiquitas aut aſperitas: Non materiale initium inchoatæ congregationis, & vitæ religioſæ: Nõ quicquàm aliud: ſed ſola Formalis Cõfirmatio per Vicarium Iesv Christi, ſpectatur. nu. 63. & nu. 27. cum ſeq. & nu. 354.

36 Digniorem inferioribus præferri ratio iuris diuini, ac ius naturale, & gentium expoſtulat. nu. 11. & ſeq.

37 Consvetvdo contra ea quæ ſunt de honeſtate non valet. nu. 6.

38 Conſuetudo contra ius gentium primæuum, ſeu contra ius naturale non valet. nu. 5. & nu. 10. & nu. 90.

39 Conſuetudo contra ius diuinum non valet. nu. 7.

40 Etiam ſi eſſet conſuetudo temporis immamorabilis, ibid. nu. 7. & nu. 191. & ſeq.

41 Inſuper etiam ſi in modico læderetur ius diuinum, ibid. nu. 7.

42 Conſuetudo nutritiua peccati aut tribuens materiam peccandi, ſeu delinquandi non valet. nu. 5.

43 Etiam ſi nutriret ſolum veniale peccatum. ibid. nu. 5.

44 Quando ſimul iunguntur ius naturale & ratio iuris diuini idem dictitantia, omnino penitus impoſsibile eſt, quòd contraria conſuetudo valere poſsit. nu. 9.

45 Non poteſt inueniri in rerum natura conſuetudo, quæ neruum, auctoritatem, & iura Eccleſiaſticæ diſciplinæ vulneraret. nu. 185.

46 Contra ſtatuta generalia quibus Eccleſia regitur nulla vnquàm curſit præſcriptio. nu. 186.

47 Conſuetudo, quòd cæteri mandicantes præfererentur fratribus prædicatoribus, quibus ratio iuris diuini, & iuris naturalis, & Pontificalis tribuit præeminentiam, non poteſt introduci, nec valere, in aliqua mundi parte. nu. 88. & nu. 138.

48 Conſuetudo prædicta eſſet contra iuris diuini rationem: & contra ius naturale & gentium: & contra auctoritatem, & decus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ: & contra ius tertii quæſitum illi per anteriorem reuerentiam erga Romanum Pontificem: & nutriret deteſtabile peccatum. nu. 100. & ſeq.

49 Roma quæ eſt totius Orbis Vrbs, exemplar eſſe debet: Non autem Regio aut Ciuitas vlla alia. nu. 266.

50 Qvando valet conſuetudo, nihilominus tantum præſcribitur, & conſuetudine inducitur, quantũ poſsidetur, & nihil vltra. nu. 91. & nu. 94.

51 Præſcriptio, & conſuetudo tantum habent de potentia, quantum de actu, nu. 93. & nu. 97.

52 Conſuetudo & præſcriptio, nec de perſona ad perſonam, nec de re ad rem, extendi poſſunt, præſertim

sin

in conſuetudine contra ius, aut contra rationem, d.nu.93. & nu. 100.
53 Conſuetudo de caſu diuerſo, ad diſsimilem caſum, pœnitus impoſsibile eſt, quòd extendatur, nu. 105. & nu. 97. & nu. 179. & nu. 183.
54 In ciuitate Maceratenſi nunquam poſſeſſum fuit contra primogenitam Romanæ Eccleſiæ prolē, quæ etiam ſtatim atq; venit, poſſeſsionem loci dignioris ſibi debitu obtinuit. nu. 95. & num. 96. & num. 178. & nu. 195.
55 Ius primogenituræ maximi eſt. nu. 106.
56 Viri Maceratenſes, quàm ſapientiſsimæ meritis SANCTI IVLIANI Protectoris glorioſiſsimi, lege municipali, fratribus prædicatoribus digniorem locum reſeruarunt. nu. 108. & nu. 112. & nu. 116. & nu. 122. & nu. 184.
57 Sicut ſe habet Ciuitas Maceratenſis ad ſuum Epiſcopum, & ad ſuas municipales confraternitates ita ſe habet mundus ad Papam, & ad religioſes per Dominum Papam confirmatas. nu. 116.
58 Roma eſt vbi Papa eſt: & Roma eſt orbis Vrbs, nu. 118.
59 Diœceſis Domini Papæ circumuoluitur cum gyro, & cardinibus orbis terrarum. nu. 120.
60 Papa habet plenitudinē poteſtatis in omni Eccleſia totius mundi, & eſt Dominus omniū Eccleſiarū, & ſuper omnibus Epiſcopis, & prelatis; & eſt caput Eccleſiæ & Vicarius Ieſu Chriſti altiſsimi. nu. 122.
61 Plus poteſt Papa in omni Eccleſia, quàm Epiſcopus in ſua, ibid. nu. 122.
62 ROMANVS PONTIFEX ſoli Deo ſubeſt. nu. 177.
63 Maior eſt poteſtas Eccleſiaſtica, quàm ſecularis. nu. 135.
64 Romana Eccleſia Princeps: Imperatrix: Domina: & caput eſt cæterarum Eccleſiarum. nu. 136.
65 QVA HORA Dominus Papa erigit religionem aliquam; Tunc dat illi ſedem in omni ſynodo totius orbis terrarum. nu. 141. & nu. 152. & nu. 363.
66 Per Epiſcopos, aut per communitates temporales Apoſtolica iuſsio violari, aut priuilegia Apoſtolica à religioſis auferri non poſſunt. nu. 142.
67 Venerandum Collegium Aduocatorum Prouinciæ Merchiæ: & Illuſtræ Collegium Iureconſultorum Gymnaſii Maceratenſis, ſunt dignitates, & iuriſdictiones oppoſitæ, & æquales: ſed Epiſcopatus, & Ciuitas Maceratenſis ſubſunt Domino Papæ. nu. 148.
68 Chriſtóforus Columbus Italus Ianueoſis, verè Chriſti fidem ferens, columbeo SPIRITVS SANCTI . Ianuas alterius hemiſperi inuenit. nu. 157.
69 Inſula hiſpaniola nuncupatā: primo inuenta fuit: & in ea metropolis erecta Ciuitas Sancti Dominici nu. 157. & ſeq.
70 Perbeata eſt hæc picentium regio: in quam DEVS Angelorum manibus deferri voluit domum illam ſanctiſsimam in qua VARBVM CARO factum fuit: quam Lauretanam Almam Domum appellamus, nu. 173.
71 Eccleſia Sanctæ Mariæ in via, vbi eſt aquarum puteus contra febres in Vrbe Romana: apprime Illuſtris eſt miraculorum multitudine. nu. 355.
72 Veritas, & iuſtitia ſunt humilitatis SORORES: non autem falſitas, & iniquitas. nu. 359.
73 CONFRATERNITAS Sanctæ Mariæ Virginū Ciuitatis Maceratæ fuit Romæ Iubilei anno proximo 1575. & fuimus ducentum, & vltra confratres.


IHS



IESVS S. MARIA S. CATHERINA
Sanctus I*VLIANVS.*

DIRIGAT Dominus Deus meus IESVS *in conſpectu ſuo vias meas in ea dubitatione exci-
tata in cauſa fratrum prædicatorum, qui recentioribus his temporibus in ipſa ſancto Nomine
Domini Noſtri Ieſu Chriſti Nazarei Crucifixi obtinuerunt Eccleſiam, & conuentum in hac
Ciuitate Maceratenſi, nempe Eccleſiam Sanctæ Maria Gratiarum Sanctiſsimæ Trinitatis hu-
ius deuotiſsimè, & Illuſtris Patriæ noſtræ : an , in Proceſsionibus digniorem locum ſortiri de-
beant ; excipere velim quo ad intentionem meam Carmelitanos , contra quorum cauſam lo-
qui animus non adeſt : veruntamen veritatis me inrefragabilis virtus adigit , vt quæ vera
1 eſſe exiſtimo in medium afferre cogar: † eſt. n. inter fortia, rex apprime fortis vinum, ac vino
mulier, & muliere Rex: Sed omnium ſane prædictorum fortiſsima eſt veritas, vt ſacra teſta-
tur pagina cui qui reſiſteret Deo fruſtra, ac temere reſiſtere conaretur: eſt enim ipſe* DEVS *ve-
ritas infinita, & veritatem diligit contraria odit: Qua propter non à prædicatoribus, ſed à muliere illa ſancta inrefra-
2 gabili † quæ eſt oculus cordis, flos intellectus, & teſtis animæ quam Chriſtianam conſcientiam appellamus ; & in ſum-
ma etiã ab his quibus nõ obſequi neſas exiſtimarim, requiſitus, vt pro veritate ſcriptis promam, quid in hoc præceden-
tiæ tractatu ſentiam breuiter concluſerim , reuerenter tamen genuflexus primo omnia ſubyciens iudicio , & volunta-
3 ti* SANCTITATIS *Suæ. † Non poſſe denegari locus dignior fratribus prædicatoribus per fratres Sancti Franciſci,
atq; per fratres heremitanos: & per fratres Carmelitas: ſunt enim primogeniti in ordine mendicantium fratres prædi-
catores. Vnde triplici principaliter pro eis argumentatione nitor , & priori loco quædam præfari , tam & ſi pauliſper
diffuſe compellor nempe.*

I E S V.

*QVOD eo quæ à naturali ratione deſcendunt, ſiue ſint iuris naturalis, ſiue iuriſgentium primæui,
in mutabilia ſunt. §. ſed naturalia quidem iura, & illi Accur. & Aret. & communis ſententia,
Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & propterea cum iuriſgentium inſtitutum, ſeu dictamen à ratio-
ne naturali profectũ diuinituſq; humanis cordibus inſculptum, iuxta notata in text. §. quod ve-
ro naturalis rõ, eo. ti. moueat efflagitet iubeatq; vt parentibus, & patriæ pareamus. l. veluti, &
4 l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. † Contraria lex, ſeu conſuetudo infirma omnino eſſent, vt locupletiſsi-
5 me liquet ex traditionibus Roch. de Curt. in tractatu de conſuetud. nu. 81. & num. 99. ibi † etiam
ſi conſuetudo nutriret ſolum veniale peccatum, & nume. 100. ibi ſi tribuit materiam delinquendi prout hic tribueret:
inferiores enim loca ordinibus ſuis, & religioni damnoſa ſine ſapienti conſultatione longanimiq; expectatione, recipe-
rent in Ciuitatibus præcipiti lapſu; quo dignioribus poſtea venientibus præferri poſſent ; quare ambitioni domus ſtruere-
tur, & dedecori damnoq; religionum via pararetur: contra regulam text. in l. prima. ff. naut. caupon. & in cap. ſedes
Apoſtolica, & in cap. plerunq; de reſcript. & in cap. cum contingat. de iureiuran. Pro quibuſq; idem Roch. nu. 109.
6 ibi † nec valet quando conſuetudo eſſet contra ea quæ ſunt de honeſtate: quid autem inhoneſtius , quàm inferiores di-
7 gnioribus contra iuris diuini inſtitutum præferri idem Roch. de Curt. numer. 117. & nume. 118. vbi quòd † tales con-
8 ſuetudines contra ius diuinum non valent etiam ſi eſsent temporis immemorabilis, ſeu centenarij , & inſuper † etiam
ſi in leuibus, & modico læderetur ius diuinum quibus accedit, quod egregie indicabit idem quoq; Roch. de Curt. prædi-
cti; nume. 188. verſiculo tertia ſit concluſio vbi apparet , quando iunguntur copulatiuæ hæc duo ius diuinum , &
9 ius naturale idem dictitantia † tunc penitus impoſsibile eſt quod valeat contraria conſuetudo: ſuperẽt enim tartaream
tyrannidem , & dubio procul non eſſent lex , neq; conſuetudo ſed legum , & rationis corruptio , atq; abuſus , &
tyrannidis exercitium : quia legis ſiue ſcriptæ , ſiue non ſcriptæ eſſentia eſt: Vt ſit ſanctio ſancta prohibens con-
traria , & eſt inuentio quædam , & donum Dei ad text. in l. nam & Demoſthenes. ff. de legib. & ad ea quæ Roch.*

10 *de Curt. nume. 178. vbi & quòd † ad officium iudicis ſpectat celerrime obuiare ne mala conſuetudo radices infigat,*
quia in ius priuilegii ab impÿs aſſumitur, & propterea ſigillatim audi pie lectar verba Nicolai Papæ quæ diriguntur
ad ignarum Remenſem Archiepiſcapum de quibus in c. mala, diſtinctio. octaua, per Rocb. de curt. in id expenſo mala
conſuetudo inquit tex. non minus q̃ pernicioſa corruptela, abyciẽda & vitanda eſt; quæ niſi citius radicitus dmellatur
in priuilegiorum ius ab impÿs aſſumitur, & incipiunt præuaricationes, & variæ præſumptiones celerrime non com-
preſſæ pro legibus venerari: & priuilegiorum more perpetuo celebrari: & inſuper audi, quæ concluſiue poſt multa e-
gregia illic congeſta legantur gratiani verba d. diſtinctio. octaua. liquido igitur inquit Gratianus ex præmiſſis apparet,
quòd conſuetudo naturali iuri poſtponitur. Vnde & deciſiue quoq; in cap. quo iure de fendis Villas Eccleſiæ diuino an
humano iure, eadem diſtinct. 8. verſiculo dignitate, inquit idem Gratianus quæcunq; moribus recepta ſunt, vel ſcriptu-
ris comprehenſa, ſi naturali iuri fuerint aduerſa, vana & irrita habenda ſunt; quod ſanè inde quoq; manifeſtum red-
ditur quoniam non propterea huiuſmodi iniqua ſanctio de qua ratione exempli commemoraui: ſi promulgaretur, &
ſeruaretur propterea efficere poſſet quin ratio naturalis ſemper idem dictitaret, & inuacillanter contra huiuſmodi cor
ruptelam reclamaret; nempe vt imo parentibus obſequamur; ſunt enim humanis cordibus diuina quadam vi, ita in-
ſculptæ & naturaliter inſita, atq; immutabiliter firmata, ea quæ ſunt iuriſgentium à naturali dictamine rationis de-
ſcendentia, vt quatefaci commouerīq; nequeãt, & propterea immutabilia conſpiciantur ac velut ſemen cum natura
ipſa humana natum ſemper in humanis ſcintillent animis idem dictitantia.
11 *Secundò, quòd huius † iuriſgentium primæui à ratione naturali deſcendentis dictamen & inſtitutum eſt, vt † ſenior*
12 *quiſq; digniori in eodem dignitatis gradu, & ſtatu præferatur: monſtrum enim nimis tortuoſum, & aduncis apprime*
flexibus horribiliter ſinnoſum eſſet, quòd data dignitatis, aut ſtatus paritate digniorem locum ſortiretur; qui poſte-
rior eſt, & tardius ad dignitatem venit: vnde apud omnes populas qui ratione viuunt, & in omnibus collegÿs, atq; con
gregationibus naturali ratione diuinitus in humanis cordibus inſculpta ita admonente cernimus vetuſtiores in gradu
13 *præferri † quod & IESVS CHRISTVS altiſſimus confirmauit indicauitq; in eo humilitatis exemplo dum quem-*
admodum in menſa locum quiſq; eligere debeat docuit in hunc ſenſum dicens, vt dicat tibi dominus domus aſcende
non autẽ deſcende, ſi dignior te aduenerit docens Benedictus Deus propterea atq; demonſtrans; quòd etiam diuini iuris
ratio admonet vt dignior locus digniori debeatur, & ſanè quis eſt qui non intelligat, quòd quodammoda etiam contra-
dictionem implicat oratio, vt indignior digniorem locum teneat, dignior autem viliorem, nam, & vt dictum eſt mon-
ſtrum profecto hoc in natura eſſet, & actus ſuperbiæ nutritiuus, atq; pertinacis duriciei illetebroſus nutritor dum
inferiores maioribus præferri ambiendo cupientes, ad ea quæ concupiſcunt peruenire deſideria cooperando
pateremur.

Tertio præmitto, quòd Sancta Romana Eccleſia Catholica Apoſtolica, quam DEVS nouæ prolis fœtu ſemper fæ
cundat, iuxta orationem illam quæ legitur in Miſſa Sancti Franciſci per ſuos fratres minores; Deus qui Eccleſiam tuã
14 *nouæ prolis fœtu ſemper fœcundas, ipſius Dei Benedicti voluntate; † peperit in ordine mendicantium quatuor filios*
15 *inter quos † primogenitus fuit Religio Sancti Dominici: ſecundus genitus religio Sancti Franciſci: tertius genitus religio*
heremitarum Sancti Auguſtini: quartus genitus Carmelitana ſancta religio, vt in puncto teſtantur Gondiſſ. Villa dieg.
in tractatu de legat. d. later. quæſtio. ſeptima, nume. 10. Theſaurus Chriſtianæ religionis cap. quinquageſimoſeptimo,
ſub Rubrica de cathol. & relig. ſitib. verſiculo dominicani, & verſiculo reſtat: & verſiculo heremitani, & verſiculo
ſed quemadmodum, & Boer. in tract. de auctor mag. concil. parlam. Franc. numa. 87. qui ita gradatim ſe inuicem ha-
16 *bere hos quatuor ordines mendicantium expreſſim educuerunt ſed & † cæteris digniores, & primos eſſe fratres præ-*
dicatores conſtat ex Felin. in Rubrica ext. de maior. & obedient. ex Caſſanea in cathalogo de gloria mundi quarta par-
te conſideration. ſexageſima octaua verſiculo, & licet ordo: & conſideratione quinquageſima ſecunda circa princ. ver
ſicula vt ſunt prædicatores: ex Franciſc. Balb. in tract. præſcript. prima parte quintæ partis principal. quæſtio. 14. ſed
quid plura text. ipſe in c. quorundam. de electio. in ſexto probat, quòd ſeniores ſunt fratres prædicatores minoribus
17 *Sancti. Franciſci, & heremitanis Sancti Auguſtini, & ibi gloſſ. in verbo prædicatorum dicens, quia † prædicatorum in-*
ſtitutio antiquiar eſt: idemq; teſtantur illic Gemin. ſuper d. gloſſ. in verbo prædicatorum, & ipſemet Ioan. Andr. in le-
cturis, & eſt communis ſententia, & ſanè veriſſima, vt ex cronicarum, ac plurimorum auctorum hiſtoriis manifeſtum
redditur de quibus enodata narrationis ſerie inferius ſub diſſolutionibus abiectorum commemorare lubuit: licet
18 *quo ad cæteros tres ordines ipſe verius deprehenderim, quòd † ſecundum locum de iure tenere debet Carmelitana*
ſancta religio, vt inferius circa finem obteſtari pro veritatis ſanctiſſimæ zelo operepretium duxi, ſed pronunc ſatis ſu-
perq; ſit hunc ſequi filum ex quo ſemper in confeſſa eſt, quòd primogenitus eſt, ordo fratrum prædicatorum: de qui-
bus nunc agitur: Neq; ad rem ſpectat, quòd regula Sancti Auguſtini dicatur tempore præceſſiſſe, & propterea quòd
19 *videantur prædicatoribus præferendi fratres heremitani, quia † attenditur confirmatio Vicarÿ Ieſu Chriſti, Theſaur.*
religion. d. cap quinquageſimoſeptimo verſiculo reſtat iuncto verſiculo heremitani Caſſan. in catalogo de gloria mun
di d. quarta parte d. conſiderat. ſexageſima octaua, verſiculo & licet ordo: Geminian. & Ioan. Andr. in lecturis in d.
cap. quorundam. de electio. in ſexto, qui in hæc verba loquuntur; illi mendicantes, & religioſi ſunt præferendi in pro-
20 *ceſſionibus, & ſeſſionibus, & aliis; qui primo fuerunt approbati † ante enim approbationem Apoſtolicam ordines re-*
ligionum non habent vim, neq; virtutem religionis, ſeu ordinis text. eſt in cap. vnic. de vot. & vot. redemption. in
ſexto, & eſt text. in cap. fina. ext. de religio. domi. & ibi Ioan. Andr. quòd Apoſtolica approbatio eſt illa quæ requiri-
21 *tur, & ſpectatur: expendens ibi etiam dictum textum in c. vni. de vot. & vot. redempt. Sed † Dominus Papa primo con*
firmauit, & ſic erexit religionem fratrum prædicatorum: Deinde aliorum mendicantium, vt Theſaur. relig. d. cap. 57.
Boer. d. num. 87. Gondiſſalu. Villa dieg. d. quæſtio. ſeptima glo. & Gemi. in d. cap. quorundam. de electio. in ſexto, & illic

Ioan.

Ioan. Andr. etiam in lecturis; Felyn, & apoſtillator ad eum & Caſſan. & Franc. Balb. in locis de quibus memini: Nam
22 *† ordinem Sancti Dominici Benedicti confirmauit, Honorius III. initio ſui Pontificatus anno Domini M.CCXVI. 1216.*
23 *& ordinem heremitarum Sancti Auguſtini, confirmauit Alexander Quartus qui † ſublimatus fuit ad ſummum ſupre*
24 *mi Pontificatus apicem anno Domini M.CCLIIII. 1254. vt infra in fine ſuſius expliciteq; conſtabit, vbi & quòd † mi-*
nores Sancti Franciſci fuerunt confirmati anno Domini M.CCXXIIII. 1224. quo etiam in loco referam quali anno
fuerit confirmata Carmelitarum religio: ita vt in ſumma ſemper conſtet primogenitam prolem Romanæ Eccleſiæ eſſe
25 *ordinem fratrum prædicatorum pariterq; conſtet ex frequentiori ſimul ſententia interpretum iuris, quòd † confirma-*
tio apoſtolica eſt illa, quæ omnina ſpectari debet vt etiam ſuperius commemoraui ex tradition. Gemin. Ioan. Andr. Al-
phonſ. in ſuo religionis theſauro, & Caſſanei in ſuo de gloria mundi catalogo. cum ſimil. ergo conſtar, quod parum refra-
gante ineſſicaci prædicta dubitatione propoſita, eſt tamen ſemper propter anteriorem apoſtolicum confirmationem pri
mogenitam iſta ſancta proles fratrum prædicatorum præferenda: ſi enim ante confirmationem Domini Papæ inſtituta
religionum eſſent religio, ergo non indigeremus confirmatione Papali, pro religione erigenda, quod abſit vt exiſtime-
26 *mus: † Dum enim Papa benedicit, atq; confirmat, tunc aduenit forma ordini religionis, & incipit eſſe ordo ordo reli-*
27 *gionis antea erat materia præparata pro erigenda religione, † ſed nondum poterat eſſe religio niſi Dominus Pa-*
pa approbaret; vt conſtat etiam ex d. text. in d. cap. fina. extr. de religioſ. domib. & ex text. in d. cap. vnic. de voto, &
voti redemption. & propterea vt exemplo quoq; res illuſtretur, ſi iam octicentis annis familia quædam finge fuſio-
rum parauit lapides in vrbe Romana, aut in Ciuitate iſta Maceratenſi pro ædificando Palatio, ſed nondum ædificauit:
ego autem iam tribus annis tantum paraui lapides, & erexi ædificium, cuius forma ſicut in re quaq; per conſumatio-
nem aduenit. l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falcid. ſcribentes crebriori calculo in l. ſi is qui teſtamen-
tum faceret. ff. de teſtamen. Deinde poſt me agnatio de qua memini etiam ipſa erexit Palatium: ego ipſe primus in vr-
be Romana, & in Ciuitate Maceratenſi ædificium conſtruxi: & dubio procul: Palatium meum antiquitate præſtat alte
28 *ri: † quia non materiæ exiſtentia, ſed forma dat eſſe rei l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff ad exhib. quod ex dixi diffinitione*
quoq; illa inſigni formæ tradita per celebrem virum Rodulphum Agricolam in ſuis argumentationum locis cap. 9.
29 *lib. primo exploratum redditur idum inquit † forma eſt modus quidam materiæ quo ſibi contigit, vt huius vel illius ſpe-*
30 *ciei capiat nomen, ita vt ante formam † quæ in poſtremo puncto conſumationis aduenit res, neq; eſſentialiter ſit, neq;*
nomine vt Bald. & alij quam plures non modo communi, ſed ſine ſcrupulo dubitationis receptiſſimo omnium interpre-
tum dogmate tradiderunt in d. l. ſi is qui teſtamentum faceret. ff. de teſtament. & Iaſon in Rubrica. ff. de legat. primo co
lum. tertia numer. 13. ibi forma aſſentiales concluditur in vltimo puncto. Eſt igitur primogenita dubio procul in ordi-
31 *ne mendicantium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ religio fratrum prædicatorum † quæ, & præbuit exemplum cæteris men-*
dicantibus ſe præſentandi coram Romano Pontifice, & erectionem formamq;, & auctoritatem religionis obtinendi
32 *Apoſtolica voluntate, & approbatione † ſine qua factum eſt nihil, vt etiam liquet ex d. text. d. cap. vni. de vot. & vo.*
33 *redemp. præſertim cum id ſcilicet † religiones erigi ſint Apoſtolica confirmatione antea in puncto fuiſſet prohibitum*
per Innocentium Tertium, qui claruerat Summus Pontiſex anno Domini M.C.XCVIII. 1198. & per quem adhuc ſe-
dentem in ſancta Diui Petri ſede fuerat id prohibitum in Concilio Lateranenſi per ipſum celebrato anno Domini.
M.CCXV. 1215. vt conſtat reſpectu anni Concilij ex ſummulo cronicarum de Romanis Pontificibus, & quo ad ta-
34 *lem prohibitionem, prout conſtat ex text. d. c. fin. ext. de relig. domib. † per dictum Innocen. in dicto Lateranenſi conſilio*
editum, vt ibi liquet. Confirmatio igitur Apoſtolica ſpectatur quia tunc eſt religionis forma erectio, & inſtitutio vt
35 *tradituæ fuit non autem intereſt hac in re quam regulam ſumat: † Nam regulæ principales ſunt quatuor ſcilicet Ba-*
ſilij: Benedicti Auguſtini tandem Dominici, atq; Franciſci Aſciſiatis, vt inquit Theſaurus religionis. d. cap. 57. nu-
36 *mer. ſecundo, verſiculo ſed quem admodum; † regulamq; Sancti Auguſtini receperunt omnes mendicantes, præter mi-*
nores Sancti Franciſci d. cap. 57. verſiculo ſucceſſit tertius item eandem regulam Sancti Auguſtini receperunt, ſer-
uite, feruarij, cruciferi fratres Sancti Petri Confeſſoris de mugello, fratres Sepulchri Dominici fratres vallis collarium,
Victoriani fratres Sancti Gilberti, fratres Sancti Pauli heremitæ, fratres de pænitentia Coronatorum, & Hoſpitaliorum
religio. d. cap. 57. verſiculo ſunt alij multi, & tamen ſi aliqui ex iſtis ordinibus fuerint inſtituti, & in religionem ere-
cti, ac confirmati per Sedem Apoſtolicam, poſt minores Sancti Franciſci etiam inferiorem locum poſt minores ſortiri
debere, ac poſt omnes mendicantes antea erectos progredi debere: non ambi igitur: licet regulam Sancti Auguſtini an-
tiquiorem elegerint, fratres vero minores regulam recentius inſtitutam à Sancto Franciſco ipſorum Duce, ſuſcepe-
rint: vt patet ex d. cap. 57. verſiculo reſtat iuncto d. verſiculo heremitani in Theſſuro prædicto religionis Chriſtianæ;
37 *& ex prædicta communi ſententia † quæ præfert non ſolum prædicatores, ſed etiam minores Sancti Franciſci heremi-*
tanis Sancti Auguſtini habentibus regulam anteriorem ipſius viri Glorioſi Auguſtini, quod & exemplis manifeſtum
redditur, fingamus hodie erigi religionem nouam aliquã & ſumere omnium antiquiſſimam regulam nempe Sancti Ba
ſily. d. c. 57. nu. ſecunda tamen fratres Sancti Franciſci qui regulam quartam nouiſſimam ſubierunt d. verſiculo reſtat
38 *ſub d. c. 57. † nihilominus erũt præferendi, quia antiquior eſt inſtitutio religionis Sancti Franciſci, ad Gondiſſalu. Vil-*
la dieg. in d. tractatu de legat. de later. queſt. 7. nu. 11. & ad Theſaurum Chriſtianæ religionis d. verſic. reſtat quarta, ad
glo. in c. quorundam. de elect. in v. in verbo prædicatorum: & patet ad ſenſum, & eſt communis opinio. imo inſuper,
& heremitani Sancti Auguſtini qui appellantur etiam Guigliermitæ, à quodam Beato Duce Guiglielmo eorum autho-
39. *re, vt nonnulli exiſtimant d. c. 57. verſic. heremitani † ſed verius eorum ſecundo patre, vt ex tractatu hiſteria origi-*
num cuiuſq; religionis, edito per Reuerendum Fratrem Paulum Mediolanenſem Ieſuatum cap. xvij. 17 liquet. Viden-
tur poſſe (ac reuerenter loquor) ſuſpici in negligentia, ac inconſiderati quadam conſideratione auctoritatis Sanctæ
Sedis Apoſtolicæ, ſi primo quàm cæteri regulam Sancti Auguſtini fuerunt complexi: ſi enim conuenire ante Beatum

Guiglielmum prædictum, vel poſt eum cæperunt, ſiue Beatus Guiglielmus fuerit earum dux, vt quidem opinabantur
d. verſicula heremitani cap. 57 ſub Theſaura Chriſtianæ religionis, ſiue fuerit Beatus Ioannes Bonus, eorum auctor,
& pater, vt indicant Sanſouini monumenta in ſecunda parte cronicarum mundi ſub anno M.CCXCIX. 1299. ſiue ve
rius cæperint tempore diui Auguſtini, ſua ſponte ac deuotione illum ex humilitate primo fugientem conſtanter ſequē
40 tes, vt ex aliquorum ſententia Paulus Ieſuatus exiſtimat. d. cap. decimoſeptima, vbi quòd † Dux Guiglielmus, & di-
ctus Beatus Ioannes Bonus fuerunt reparatores huiuſmodi ordinis heremitani. Cur heremitani ipſi non curabant ſan
ctæ Sedis Apoſtolicæ confirmationem, & in religionem erigi, ac cum aliqua firmiter electa regula, cui Apoſtolica au-
41 ctoritate innodarentur, coram Romano Pontifice Vicario Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſe præſentare diſtulerunt † quan-
diu Beatus Dominicus præbens eis exemplum etiam ſuper deciſiua electione regulæ, & illius præſentatione coram Do
42 mino Papa cum regula Sancti Auguſtini, & adiectionibus ſuis quibuſdam arctioris aſperitatis vitæ † vt dictus Reue-
rendus Frater Paulus Ieſuatus d. tract. de origin. religion. cap. xxvij. 27. refert de talibus aſperioribus adiectionibus
ſe præſentauit; ſumens confirmationem, & erectionem ſuæ religionis prædicatorum, ac regulæ cum ipſorum ſubiectione
illi tali regulæ à Sancta Sede Apoſtolica: prout neceſſarium erat: atq; diutius quoq; expectantes heremitani, ſeu Gui-
gliermitæ prædicti tandiu quoq; diſtulerunt ſe præſentare quandiu interim quoq; Beatus Sanctus Franciſcus de Aſciſio
ſe coram Domino Papa præſentauit, & ſuæ religionis confirmationem erectionemq; ſecundo loco impetrauit, vt in d.
Theſauro Chriſtianæ religionis d. cap. 57. verſicula reſtat. & verſiculo Dominicani, ita vt tertio loca ipſi Gui-
gliermitæ ſeu heremitani ſe præſentauerint d. c. quinquageſimoſeptimo verſ. heremitani, vnde & tertiū locū inter men
43 dicantes obtinuerunt eodem verſiculo heremitani: & propterea † etiā ſi ratio regulæ ſpectanda eſſet: Dominicani, quia
antiquiſſimam regulam Sancti Auguſtini elegerunt & primi cum illa ſe præſentarunt coram Romano Pontifice, vt
cum tali regula confirmarentur, & illi Apoſtolica auctoritate ſubuererentur: ac primi cum illa ab eodem Summa Ponti-
fice confirmati fuerunt illiq; piæ innodati, & in religionem erecti fuerunt: cæteris præſtare etiam auctoritate regulæ
44 conſpiciuntur, vnde merito tot tantiſq; penſitatis, ac præſertim primitate, ſeu prioritate confirmationis ſpectatæ etiam
expreſſum Honorius Tertius prædictus declarauit de conſenſu omnium Cardinalium, quòd Dominicani erant, & quòd
eſſent primi inter mendicantes, vt in cronicarum mundi, ſecunda parte teſtatur Franc. Sanſouinus ſub narratis, quo
ad annum M.CCXVII. 1217. qui enim prima, ſe præſentat; primo exhibet reuerentiam, & obedientiam Romano Pon-
tifici, ac primo facit voluntatē SPIRITVS SANCTI: Proinde legitur Guigliermitas, ſeu heremitanos quandoq; reproba-
tos fuiſſe, vt aliqui opinantur, ſed Pariſiis quandoq; reprobatos in conſeſſo eſſe dicitur, vt inquit Chriſtianæ religio-
nis theſaurus d. cap. 57. verſiculo heremitani, licet poſtea per Honorium Quartum probati fuerint, & ſane meritiſſi-
me, quia ordo ſantiſſimus eſt, quos & ante Honorium Quartum probauit Alexander Quartus, vt d. verſicula heremi-
45 tani: & vt dixi profecta, quàm merita, & ſapientiſſime † quoniam orda ſantiſſimus, & Benedictus eſt, quod patuit etiā
46 ex inſigni illa heremitica, luce multo nitidiori, quàm ſolis ſpeculum inde profecta † nempe ex Diuo Sancto Nicolao de
Talentino, cuius vitam etiam Angelis Cæleſtis Paradiſi admirandam latini ſermonis dogmate, citius exculptam in
nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Nazarei promam in lucem: Tamen nunc quia pro veritate, & iuſtitia inter ſan-
ctiſſimos iſtos mendicantium ordines ingenue quantum noſſimus loqui dignum eſt, non potui quæ legendo deprehendi,
non referre: & quodāmodo non mirari cur tandiu diſtulerit heremitica hæc ſancta prales, formalem confirmationem
47 poſtulare à Santiſſimo Romano Pontifice: † quæ formalis petitio Apoſtolicæ confirmationis in ordinibus religio-
num conſiſtit, in eo, dum exhibita regula aliqua ſancta cui ſe obſtringere velint petunt huius rei confirmationem à Ro
48 mano Pontifice, & ſic † quæ formalis confirmatio Apoſtolica productiua inſtitutionis ordinis religionis Apoſtolica, cō
ſiſtit in nexu illo quē facit Benedictio Apoſtolica ſuper pacto nexu ipſius congregationis deprecantis, cum regula per
49 ipſos præſentata, ſeu deprecata: & ſic tandem, quæ formalis confirmatio Apoſtolica, quæ † nihil aliud eſt quàm Apoſto
lica religionis inſtitutio, confirmatiua S. Deſiderij, & religionis votiuæ per obedientiā voluntati Romani Pontificis re-
50 ſignata, prout neceſſarium eſt, conſiſtit † in nexu quem facit Apoſtolica auctoritas inter congregationem, & regu-
51 lam; per ipſos electam: ita vt † ante hunc nexum per D. Papam factum nunquàm illa ſit Apoſtolica religio, nec re-
52 ligio confirmata per Sanctam Sedem Apoſtolicam: quia † cæteræ confirmationes ſunt tolerantiæ quædam, & ſunt fa-
uores quidam, & priuilegia erga materiam illam, quæ præparatur pro recipienda forma religionis Apoſtolicæ, ſed
53 non eſt datio formæ ordini Apoſtolico, quia adhuc recuſant auctoritate Apoſtolica innecti cum ſua regula, & ſic † non
eſt Apoſtolica confirmatio erectiua Apoſtolicæ religionis: nec eſt Apoſtolica religionis inſtitutio: cum non ſit nexus
congregationis cum regula qui Apoſtolica fiat auctoritate: ita vt tandiu, & tot luſtrorum curriculis differentes heremi-
54 tani erigi in ordinem Apoſtolicum, oportuerit quòd † Beatus Patriarcha Sanctus Dominicus, in quo infixa reſidebat
dignitas Canoniæ regularis tam antiquiſſimæ, præbuerit eis exemplum non ſolum petendæ confirmationis Apoſto-
licæ pro titulo, & erectione religionis; ſed etiam præſentandi regulam per ipſos electam Romano Pontifici, & illi re-
gulæ ſe ſubijcere, atq; innodari per Apoſtolicæ ſedis auctoritatem, licentiam, atq; benedictionem: quamdiu enim he-
remitani cum aliqua regula ſe non præſentabant coram Vicario Domini Ieſu Chriſti, vt illi auctoritate ſancta ſuprema
55 Papali ſubijcerentur tandiu † pro libitu voluntatis ipſorum variare poterant, & aliam regulam eligere: atque † a-
56 liam regulam poterant (vt ſua luce patet) exhibere Romano Pontifici, cum qua in religionem erigi deprecarentur; &
ideò ſi heremitani ante Dominicanos regulam Sancti Auguſtini elegiſſent, neque enim facilè concludit argumen-
tum erant heremitani, ergo regulam Sancti Auguſtini elegerant ſaltem in omnibus: tamen ſi ita præſupponatur,
57 conſtat quòd † falſum eſt ipſos heremitanos talem regulam formaliter, & inuariabiliter elegiſſe priuſquàm Do-
58 minicani ex quo † regula non dicitur formaliter, & inuariabiliter electa, quandiu interim pro libitu variare li-
ceat quia nondum ſe præſentarint coram Romano Pontifice, vt cum tali regula approbentur: ac propterea Apoſto-
licam

tic am confirmationem obtinuerint in Religione, in regulas & in nomine religionis, ac in nodo ſeruiendi ſub tali regu-
59 *la auctoritate Apoſtolica illigato, & † ſancta Cruce Apoſtolica ſignato: iſtud enim eſt erigi in religionem talem per*
60 *Dominum Papam: & propterea † tum ratione Apoſtolicæ inſtitutionis ſine qua factum eſt nihil, tum etiam ratione*
61 *regulæ Sancti Auguſtini † quã primo formaliter, & inuariobiliter, & cum confirmatione Apoſtolica illi ſe abſtringen*
62 *tes aſſumpſerunt fratres prædicatores, fit conſequẽs, quòd ipſi digniores ſint, & ipſis locus dignior debeatur. Hoc au-*
63 *tem ex ſuperabundanti commemorauimus quoniam † non regula, ſed dies qua confirmatur per Dominum Papam re-*
ligio ſpectatur Theſaur. religion. d. cap. 57. verſiculo reſtat. Caſſan. in d. catalogo de glorio mundi quarta parte conſide-
ration. 52. verſiculo ſeptimo conſideratur, & d. quart. part. conſiderat. 69. verſiculo, & licet ordo, Gemi. & Io. And.
64 *in d. cap. quorundam. de electio. in 6. & eſt communis apinio: † Tunc enim incipit eſſe ordo religionis etiom cum for-*
ma ſua quoq; in vniuerſa orbe terrarum ſufficienti: antea vero erat materia ad religionem erigendam præparata, vt
ſuperius tradidi. Alioqui ſequeretur etiam abſurdum, quòd confirmatio Apoſtolica, non eſſet confirmatio, ſed eſſet ſim
plex nudaque declaratio, quòd talis congregatio erat religio, & propterea erectio religionis non ſpectaret ad Roma-
num Pontificem, quod eſt falſum, vt conſtat etiam ex text. in d. cap. fi. de relig. domib. extr. & illic Io. And. & ex text. in
d. cap. vnic. de vot. & vot. redem. in vi. & ſummus Pontifex dares duntaxat teſtimonium non autem auctoritatem cũ
benedictione, & forme ita quòd eſſet dici ad Romanum Pontificem non ſpectare erectionem, & approbationem reli-
gionis, ſed tantum declarationem, quòd ſit legitima, vel non, vnde legitimitas non adueniret auctoritate apoſtolica, ſed
alia auctoritate: atque in erectione religionis, & illius diffuſione per totum orbem terrarum non concurreret formaliter
auctoritas apoſtolica: ſed duntaxat teſtimonium apoſtolicum, ex quo ſolum nudumq; teſtimonium an ſit legitimè ere-
cta, & inſtituta religio ſpectaret ad Romanum Pontificem Papam, & Vicarium Ieſu Chriſti altiſſimi, quæ omnia ſunt
65 *nimis abſurda, & contra dictos text. & frequentioro interpretum dogmata ac contra veritatem: nimirum igitur † ſi con*
firmatio apoſtolica ſpectatur, vt in d. cap. 57. verſiculo reſtat. ſub Theſauro religionis; & Boer. in tract. de auctor. ma-
66 *gni Concilij, nume. 87. ibi primum locum tenent fratres prædicatores, quoniam † eorum regula fuit primitus appro-*
bata ſubdens, & ſic ratione antiquioris inſtitutionis, & Coſſaneus in Catalogo de gloria mundi d. quarta parte conſide-
ration. 69. verſiculo, & licet ordo minorum ita vt non ſolum prædicti, & cæteri iuris interpretes frequentiori calculo
in dd. locis, & in c. quorundam. de election. in vi. teſtentur confirmationem apoſtolicã ſpectari, ſed inſuper vno ore edo-
67 *ceant, quòd † tempore confirmationis apoſtolicæ dicitur inſtitutio religionis aduenire; vt ex verbis qua retuli ipſius*
Boer. patuit & ex Ioan. And. & cæteris in d. cap. quorundam: qui antiquiorem eſſe inſtitutionem aiunt fratrum præ-
dicatorum, quoniã primo fuerit approbati, per Romanum Pontificem. porro licet vox, inſtitutionis, materialiter intel-
ligeretur, & ad initum operis nondum formá Apoſtolicæ confirmationis adepti referri pateremur; nihilominus con-
68 *firmatio Apoſtolica ſpectatur: Nam licet ordo aliquis nequaquàm fuerit primo inſtitutus, † tamen ſi primo fuit*
approbatus per Romanum Pontificem omnino præferri debet ratione anterioris confirmationis, ex communi ſen-
tentio interpretũ iuris, vt patet ex Caſſaneo in d. catalog. de glor. mund. quarta parte conſideration. ſexageſima no
na d. verſiculo, & licet ordo vbi gloſſam Archidiaconum Ioan. de Turre Cremat. & Felyn. huius dogmatis auctores
congerit; quibus etiam vt tradidi aſtipulatur Alphonſ. in ſuo Theſauro religionis. d. cap. 57. verſiculo reſtat. &
69 *ita deciſum fuit † per Concilium Bononienſ. vt refert Caſſan. d. quarta parte ſub conſiderat. quinquageſima.*
ſecunda, verſicu. ſeptimo conſideratur: & ſanè ratio præter alias quas enumerauimus in promptu eſt, nam inſtitu-
tio religionis, & initium ante confirmationem Apoſtolicam, cum non ſit à Papa, ſed ob aliquo Patriarcha, Duce, vel
70 *priuato, vt in Carmelitanis ab Alberto Patriarcha Hyereſolimitano Franc. Sanſon in ſecundo parte Cronicarum, mũ*
71 *di ſub anno M.CC. 1200. in Heremitanis, à Duce Guglielmo ex aliquorum ſententia, vt ex theſaur. relig. d. c. 57. ver*
72 *ſicu. Heremitani, ſiue à Beato Ioanne bono, vt Franc. Sanſon. d. 2. parte Cronicarum, ſub anno Domini M.CXCIX.*
73 *1199. ſiue verius ab ipſo Beato ſancto Auguſtino, vt frater Paulus Ieſuatus, in tract. de origine, omnium religionum,*
c. 17. Qui Diuus Aug. erat Epiſcopus in Eccleſia Dei, & non erat ſummus Romanus Pontifex: in fratribus vero mi-
noribus ſancti Franciſci, ab ipſo Benedicto eorum fundatore ſancto Franciſco, fit conſequens, quòd talis anterior inſti-
tutio poſſet duntaxat, quo ad carmelitas eis prodeſſe in Diœceſi Patriarcatus Hyeroſolimitani: quo ad heremitas in
Ducata Aquitaniæ, ſeu guigliermito, ſeu in diœceſi Hipponenſi Epiſcopatus Sancti Auguſtini, vel in ciuitote, & diœce-
74 *ſi B. Ioannis boni, quoad fratres minores in Ciuitate Aſciſii: Dum autẽ deſiderarunt diffundi per vniuerſum orbem*
terrarum, & Romanum Pontificem adiuerunt, vt etiam Apoſtolica auctoritate tali regulæ innodarentur, atq; ita per
Dominũ Papam in talem religionem erigerentur, & ab ipſo Domino Papa exaudiui Pontificalia exeunt atria appro
75 *bati, & confirmati per ipſum Dominum Papam, ſub tali regula quod eſt in religionẽ erigi; quia nodus cum regula in-*
76 *nexus auctoritate Papali facit ordinem religionis, & nodus cum tali regula facit talem Religionis ordinem; cuius etiã*
approbationis virtute prætergrediuntur primas illas diœceſes vbi fundati fuerunt, & cuius Pontificalis approbatio-
77 *nis virtute ius eis per vniuerſum orbem in omni ſynodo, ac Ciuitate acquiſitum eſt; Profecto non ideo poſſunt præfer*
ri his qui antea erant approbati à Domino Papa, & alicui ſanctæ regulæ prius innodati; & cæperant ante eos poſſe
legitime diffundi per vniuerſum orbẽ terrarum, & quibus ante eos erat quæſitum ius Collegij, & ſynodale in vniuer-
ſa orbe terrarum virtute confirmationis erectionis, & benedictionis Apoſtolicæ: Papa enim intelligitur approbaſſe,
78 *ſine præiudicio, & ſine damno eorum qui antea confirmationem, & erectionem apoſtolicam obtinuerant; & propterea*
cum conditione cenſetur D. Papa approbaſſe, quòd ſecundo confirmati ſint ſecundi, non autem auferant ius primo-
rum inuitis illis; & tertios confirmaſſe, vt ſint tertij, & ſine præiudicio ſecundorum, & primorum, & quartos, vt ſint
79 *quarti, & ſine præiudicio omnium anteriorum: † Confirmatio igitur ſpectari debet, vt ex Coſſan. ex Theſau. relig. ex*
Nicola Boer. & ex communi ſententia ſuperius indicaui, & ſanè vſq; adeo ſpectari debet Apoſtolica confirmatio,

80 *vt † etiam hyeroſolimis: & in ciuitate Hipponenſi, ſeu in ducatu Beati Guiglierm,& in Ciuitate Aſciſii, & vbiq; vbi*
antiquiora religionum initia exurrexiße dicuntur, nihilominus præferri illis debeant fratres Prædicatores: quia magis
81 *attenditur anterioritas confirmationis Apoſtolicæ, quàm anterioritas initij,& fundamenti religionis, quæ † cedit prio-*
ritati confirmationis D. Papæ, vt in puncto, ex concilijs Ferrarienſi, & Bononienſi decidit Caſſan.in d.cata.de glor.
mund. quarta parte dicta conſideratione 52. verſic. ſeptimo, & eſt communis ſententia, vt patet ex auctoritatibus ex-
penſis per Caſſaneũ.d. loco conſiderat. 69. verſic. & licet: & per Boer. in tract. magni conci. nu. 87. & ex ſcribentibus,
& ex glo. in d.c. quorundam, de elect. in vi. & ex Theſaur. religion. d.c. 57. verſic. reſtat: præſertim poſt. decret alem
editam per Innocentium Tertium, in d.c. fi. ext. de religio. domib. qui Innocentius, vt ex cronicis Summorum Pontificũ
82 *fit manifeſtum † præceßit Honorium tertium, & Alexandrum Quartum confirmatores, & apoſtolicos inſtitutores,*
83 *quatuor ordinũ mendicantiũ, & tamen in decretali prædicta reijcitur omnis religio † quæ auctoritate Apoſtolica non*
ſit approbata, & propterea cõſtet apoſtolicam confirmationẽ dare formam, robur, vitam, & eſſe ordinibus religionum:
nil mirum igitur ſi glo. & ſcribentes frequentiori calculo in d.c. quorundam, de electio. in vi. & Gondiſſaluus, d. quæ-
84 *ſtio. vij. & Boer. d. nu. 87. ac cæteri de quibus memini, atq; alij plures per eos relati vno ore loquuntur dicentes † quia*
antiquior eſt inſtitutio fratrum Prædicatorum, quod & Honorius nouit, qui inſuper ſigillatim expreſſa Pontificali de-
85 *ciſione ædita de conſenſu omnium Cardinalium declarauit, ꝙ † ordo prædicatorum eſſet ſuperior omnibus mendi-*
cantibus, vt in 2. parte Cronicarũ Franciſci Sanſouini, legitur ſub narratu, quo ad annum Domini MCCXVII. 1217.
& ſic verum eſt dubio omni procul etiam hoc tertium aſſumptum præfationis cauſa à nobis propoſitum, ꝙ ex qua-
86 *tuor ordinibus mendicãtium, quos peperit ſancta Romana Eccleſia Catholica Apoſtolica † ſponſa Domini Noſtri Ieſu*
87 *Chriſti Filij Dei conſubſtãtialis æterno patri, & veri Dei, & veri hominis † primogenita proles in ordine mendicãtium*
eſt religio fratrum prædicatorum.

I E S V.

HIs itaq; præfatis, & prout dubitationũ, quæ excitari poterant anfractus expoſtulabant paulisper extẽſius
exequutis nunc conuerso ſermonem ad fundamenta veritatis, vt reor, & priori loco tali ratione pro fra-
tribus prædicatoribus nitor iura naturalia, ac iura gentium naturali ratione diuinitus inſtituta: ſunt im-
mutabilia ex cõmuni, & quàm veriſſima de qua ſuperius mẽtionẽ habui ac auctoritatibus cõfirmaui ſen-
tentia, ſed ita eſt, ꝙ digniorem ſenioremq; cæteris præferri, & propterea fratres prædicatores cæteris mendicantibus
88 *præferendos eſſe † iuriſgentium dictamen, & inſtitutum eſt à ratione naturali diuinitus humanis cordibus inſcul-*
pta, deſcendens: ergo tale ius eſt immutabile, & contraria alicuius populi ſanctio, non eſſet lex, ſed imo legis corru-
ptio, ac tyrannidis exercitiũ, ac contraria conſuetudo nõ eſſet conſuetudo, ſed abuſus atq; iniuſtitia, & tyrannidis vſus;
ſicuti ſi inualuiſſet in aliqua ciuitate ſeruus abuſus, ne patribus morem gerant filij: ab eodem enim iuregentium pri-
mæuo ratione naturali, ita efflagitante, & inuiolabiliter dictitante iſthæc omnia deſcendunt, & propterea in puncto
Caſſaneus, in catalogo de gloria mundi quarta parte, conſideratione 70. poſtq̃ fatetur, & ſic docuit, ꝙ ſi quæratur
quis ordo ex mendicantibus præferri debeat, ꝙ ratio confirmationis Apoſtolicæ habenda eſt: ſubdit, ꝙ ſi alicubi præ-
feruntur illi, qui primo conuentum habuerunt in ciuitatibus licet eorum inſtitutio non eſſet antiquior, quòd iſtud eſt
89 *† quia tales ſibi vſurparunt locum, & ſanè dubium non eſt, ꝙ nec vſurpare, nec acquirere talem locum potuerunt,*
90 *quia talis conſuetudo, vt dictum fuit initio non poteſt eſſe efficax: quippe cum † iuri diuino, & iuri naturali: & inſtitu-*
tioni Apoſtolicæ, et iuri quæſito per tertios coniunctim repugnet: ꝙ ſi Caſſaneus quædam alia immiſcuit quibus obulã-
iri decet eum ſint à veritatis orbita prorſus aliena & confutatione digniſſima: conſulas quæ adiecimus infra in diſ-
ſolutionibus obiectorum vbi Caſſaneum in cognitione veritatis, & in linea funiculi hiſtoriarum falli, ac contra com-
munem ſententiam ſentire ac loqui tam ex ſuperioribus à nobis ſuper temporibus confirmationis apoſtolicæ in ſingu-
lis ordinibus collectis, quàm ex alijs explicatius infra enarratis demonſtramus, quàm limpidiſſime.

Secundo principaliter præſuppoſito, ſed non conceſſo, ꝙ talis conſuetudo valere poſſet, & ꝙ videretur huiuſmodi
conſuetudo ſpectari in Ciuitate Maceratenſi, nihilominus pro fratribus prædicatoribus huiuſmodi argumentationi in-
91 *nitor: † tantum præſcriptum quantum poſſeſſum, & nihil vltra, vt egregie conſtat, ex his quæ locupletiſſime conge-*
ſſit Franciſcus Balbus, in tractatu præſcription. 2. parte principali ſub quæſt. 2. nu. 11. cum ſeq. & nu. 22. & ex Philip.
92 *dec. conſil. lxxxv. nu. 8. & diligenter pro tenui: Nam † præſcriptio, & conſuetudo tantum habent de potentia quan-*
93 *tum de actu, & non vltra: † nec de perſona ad perſonas, aut de re ad rem extendi poſſunt, vt ex ſententia Aret. Fir-*
94 *mat Balbus d. nu. 11. in fi. † tantũ enim præſcribitur, & conſuetudine inducitur, quantum poßidetur, & non vltra.*
Sed ita eſt ꝙ omnis contraria conſuetudo, quæ prætendi videtur in Ciuitate Maceratenſi aduerſus hoc ius naturale, vt
digniores ſuccumbant, reperitur duntaxat reſpectu tertij geniti, atq; ſecundo geniti: quia afferuntur exempla ſecundæ
prolis Romanæ Eccleſiæ, nempè Fratrum Minorum, quibus prælati fuerunt in tali hac Ciuitate noſtra fratres Here-
mitani, qui ſunt in ordine mendicantium, tertia proles Romanæ Eccleſiæ, & benedictionis, atq; approbationis Pontifi-
95 *calis, ergo nihil quo ad primogenitum: quia poſſeſſum eſt vt tertius genitus præferatur ſecundo genito, ſed † nunquã*
poſſeſſum eſt, vt quartus genitus, & tertius genitus præferantur primogenito: Ergo nunquàm præſcriptum fuit contra
primogenitum, & nunquam inchoata fuit, nec viguit conſuetudo aliqua in caſu primogeniti: quia vt dicebamus dun-
taxat tantum præſcribitur, & conſuetudine inducitur, quantum poßidetur, & non vltra: nunquàm autem adfuit poſ-
96 *ſeßio, ſecundo geniti, vel tertio geniti contra primogenitum, quia ſanè primogenitus Romanæ Eccleſiæ, nempe † religio*
Fratrum Prædicatorum ſemper fuit in poſſeßione dignioris loci ſibi debiti etiam in hac Ciuitate, in qua ſtatim, atq; ve-

nit pro-

nis protinus in ipſa digniorem locum inter mendicantes omnes iuſtiſſima antiſtitis imperio adepta fuit etiam per bi-
nas vices actu plurimis fratribus ex cæteris tribus ordinibus mendicantium in loco infimiori actualiter ambulanti-
bus: Videlicet in Proceſſionibus celebratis anno proximo præterito 1578. menſe Ianuarij in die Vigiliæ; & in die Fe-
ſtiuitatis Diui S. IVLIANI huius noſtræ Ciuitatis glorioſi, & triumphantis ſemper protectoris. Nec validū eſſet ar-
gumentum hac in re ab idemptitate, vel maioritate rationis, veluti ſi quis diceret, qua ratione tertio genitus quia pri-
mo venit in Ciuitatem fuit prælatus, ſecundo genitis eadem ratione ſecundo geniti, & tertio geniti prædicti: quia pri-
mo venerunt in Ciuitatem debent præferri primogenito poſtea aduenienti, quoniam reſpondetur, quòd illud contingit
97 † propter conſenſum ſecundo geniti, nempè propter conſenſum Fratrum Minorum S. Franciſci non contradicentium,
& ſic ſuo iuri renunciantium. Præterea reſpondetur, quòd quacunq; ratione illud euenerit, quo ad argumentationem con-
tra nos propoſitam nihil refert quippe quia hic quærimus de præſcriptione, & conſuetudine, quæ non poteſt inueniri ni-
ſi eatenus, quatenus poſſeſſum eſt, non autem inuenitur in caſibus vbi maior vel par, aut ſimilis, vel eadem ratio adeſ-
98 ſet † ſi poſſeſſio deeſt: quandoquidem vbi poſſeſſio defecit, non ſufficiat tacita mens populi ſola, pro introducenda con-
ſuetudine; requiritur enim, quòd actu aduenerit in duplici tali caſu obſeruatio actualis eius mentis, & propterea dicimus
99 tantum præſcriptum quantum poſſeſſum nempe quoniam inter cætera hæc † dua copulatiuè ſunt conſuetudinis eſ-
ſentialia: mens tacita populi, & poſſeſſio eius rei: ad ea quæ frequentius tradita ſunt in l. de quibus. ff. de leg. & in c. fi.
ext. de conſuet. & per Franc. Balb. in tract. præſcriptio. d. 2. quæſt. nu. 11. & ſeq. ſub 2. parte principali, & per omnes
100 ſcribentes in locis peruulgatis: quæ dubio omni procul vera ſunt etiam reſpectu extenſionis † in conſuetudine, contra
ius aut contra rationem, vt firmat Rocch. de Curt. in d. tract. de conſue. nu. 310. cum multis ſeq. & nu. 321. vbi de com-
muni teſtatur, & ſic in prætenſa conſuetudine, de qua agitur, quæ eſſet contra iuris diuini rationē, & contra ius natu-
rale, & contra auctoritatem, & decus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ac benedictionis Pontificalis, & eſſet nutritiua pecca
ti illius teterrimi, propter quod primus Angelus de cælo deiectus, proculq; expulſus fuit à Deo altiſſimo; nēpe eſſet nu
tritiua ſuperbiæ, & ambitionis vt minor maiori cupiens æquari, & præter illum in gradu præeminentiæ excellere, con
tra humilitatis, & iuſtitiæ præcepta exaudiretur, quod abſit, & eſſet conſuetudo contra ius tertij, quod maximi æſti-
mandum eſſet etiam in conſuetudine laudabili, & ſecundum ius vt ibidem Rocb. nu. 316. multò igitur magis conſide-
101 randa ſunt in conſuetudine iſta quæ eſſet contra ius in qua etiam alioqui † nouem quoq; requiſita, ex neceſſitate inter-
uenire debent alioquin non valet, vt enodauit glo. in c. fruſtra diſtinct. 8. inter quæ illud requiritur enumeratur, vt na-
turalem æquitatem contineat: ſed in caſu noſtro tantum abeſt, vt iſtud requiſitum adſit vt quinimo iuri, & æquitati
naturali repugnet aſſerta conficta conſuetudo, ac iuri diuino, & Pontificali, & iuri quæſito tertijs, ſed & eo vehemen-
102 tius iſthæc omnia ea potiſſime pro nobis pugnant quo † ſimul coniūctim omnia copulantur, ſ. ius naturale, ius gentium,
ius ex Sancto Euangelio D. Noſtri Ieſu Chriſti laudatum, ius apoſtolicū: ius tertij ei anteriori ſua virtute, & reuerētia
quæſitū, ita vt iſta ſimul iuncta oppoſitas corruptelas huiuſmodi (neq; enim conſuetudinē appellarim) ad vltimum vſq;
103 tyle depellant, atq; in Acherōtis fauces, vnde emerſiſſe ſatis conſpiciuntur demergant: quāti enim ſit † copulatiuus cō-
curſus, & vnio rationum impeditiuarum extenſionis conſtat etiam ex Euerardo in ſua centuria in loco à ratione legis
larga circa quintam col. verſic. itē ſcias id quod dixi, vbi liquet, quòd omnis caſus limitationum, quòd aliqua ſingulari ratio-
ne fiat extēſio de caſu ad caſum in correptorijs, ſeu exorbitātibus, ſeu pænalibus, ſeu odioſis ſublimitatur omnino, quādo
104 ſimul copulatiuè concurreret, quòd eſſemus † in pænalibus, & correctorijs, ſeu in odioſis, & correctorijs ſimul: His accedit,
quòd inde luce clarius hæc firmari deteguntur, ita vt conſuetudinis prætenſæ extenſio, tanquam ad caſum ſimilem fieri ne
queat: quia non eſt caſus ſimilis, nec in quo par aut maior ratio militat, ſed diuerſa, quoniam conſuetudo contraria al
105 legata inualuit in † longè diuerſo caſu, nempe quia cernitur exſtere quanda per patientiam, & ſic conſenſum tacitū,
vel expreſſum ſuo iuri, renunciauerunt digniores: hic autem ſumus quando nequaquam renunciare voluerunt, ſed ſibi
digniorem locum ipſis debitum digniores obtinuerunt: item cernitur eſſe in caſu diuerſa tertij geniti, cōtra ſecundo geni-
106 tum: non autem in caſu primo geniti, cuius ſanè † primogenituræ ius etiam ex alijs, quam maximum eſſe ſemper inſpi-
107 citur ad ea quæ Andræas Tiraq. in trac. de iure primogen. in prin. nu. 5. & nu. 39. & q. 34. nu. 37. vbi quòd † primogeni-
tura eſt etiā dignitas per ſe, & quid honoratius, & prærogatiua, & priuilegium vt etiā natura ipſa docere dicitur, ita
vt Diuus Sanctus Chryſoſtomus in homilia quinta aduerſus iudæos in hæc verba loquutus ſit: primogenitos oportet eſ-
ſe honorabiliores poſterius genitis, vt refert idē Tiraq. nu. 39. igitur tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, & non
vltra vt ſuperius dictum fuit.

Tertio quia ciuitas ipſa Maceratenſis legem ſanxit, ad fauorē Fratrum Prædicatorum, dum per ſtatutū recentius
æditum decreuit, vt tametſi confraternitates, & ſic congregationes laicorum ſeruent antiquitatem ipſarum; tamen re-
ligioſi ſuo loco vadant in Proceſſionibus; ita decidit ſub Priori libro voluminis ſtatutorum c. 8. in Rub. de veneratione
108 Feſtiuitatis S. IVLIANI. Itaq; † talis aſſerta conſuetudo primo non extat, quia valere non potuit, vt in priori funda
109 mento tradidimus. Secundo ſi extaret † non tamen inueniretur in caſu noſtro, de quo agitur, vt in ſecundo proximè de
110 curſo fundamento principali demonſtrauimus. Tertia ſi extitiſſet † tamen per ſtatutum ſublata fuiſſet. Nam conſuetu
dines ſtatutis contrarijs infirmantur, vt etiam Aret. docuit in d. §. ſed naturalia, Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Eſt igi
tur in facta cuiq; ſciendum, quòd ſtatuta Ciuitatis huius Maceratenſis, quæ hodie ſeruantur vnanimi decurionum decreto
compilata fuerunt dum ego eſſem annorum quindecim per bon. & benedictæ memor. Dominum Franciſcum Giardinū
patrem meum, & collegij decanum, & per Dominum Ioan. Baptiſtam Bracconum, & per quoſdam alios ſapientes,
qui ad huc Ieſu Chriſti gratia fœlici hac temporis gratiæ aura potiuntur: mea autem ætas nunc benigniſſima pie-
tate ipſius Dei ſaluatoris pijſſimi, eſt annorum quadraginta cum duobus, & propterea iam ſunt viginti, & ſeptem an-
ni, & non vltra, quo huiuſmodi ſtatutum ſapienter æditum per viros Maceratenſes, prodijt in lucem; Poſt quòd ſtatu-

tum ſoli

tum ſoli Carmelitani,& ſoli Fratres prædicatores ſuperuenerunt Dei altiſſimi nutu in hanc Ciuitatem: & in vtriſq;
fuit ſeruatum ſtatutum,quia Carmelitani locum quartogeniti acceperunt, & fratres prædicatores locum primogeniti
111 obtinuerunt:igitur † non adeſt vt notoriè conſtat,poſt ſtatutum aliqua conſuetudo,ꝙ digniores ſuccumbant,& inferio
112 res præferantur,ſed imo † adeſt obſeruantia iuris diuini,& iuriſgentium primæuæ:& iuris apoſtolici: & ſtatuti noſtri,
meritis S. IVLIANI Protectoris admodū ſapientiſſime editi:nouerant enim viri iureconſulti ſtatutorum Macera-
tenſium compilatores,& reuiſores,ꝙ non poteſt falex immitti in alienam meſſem,& ꝙ laicorum vniuerſitas licet per-
113 illuſtris † non lætatur priuilegio,vt ius dicere poſſit in perſonas Eccleſiaſticas, † quæ laicis ſuperiores ſunt,ac laicis
114 nequaꝗ ſubiectæ, & inſuper probe ſciteq; nouerunt, ꝙ confirmatio ſtatutorum Romani Pontificis illa generalis, ni-
hil profuiſſet,quia inquit confirmamus quatenus ſint honeſta, & ſacris Canonibus, & libertati Eccleſiaſticæ minime
115 contraria:ſed vniuerſo canonum lympidiſſimo inſigniq; oceano,repugnarent ſtatuta † ſi legem Eccleſiaſticis perſonis
116 dicere laici voluiſſent: ꝙ autem † non aliter quàm vt dictum eſt intelligi poſſit ſtatutum candore lucis nitidius pa-
tet:quia ſi in animo fuiſſet ſtatuentibus dicere,ꝙ Religioſi vadant ſuo loco,ideſt ſecundum eandem rationem prout quiſ
que ordo primo fuerit in hac Ciuitate dixiſſet,& Religioſi eodem loco,ſeu eodem modo vadant: præterea non poteſt
præſumi hic animus ſtatuentium,quia iniuria atrox fieret, & inſignis nota inureretur ipſis, quam ſapientiſſimus ſta-
tuentibus quandequidem acciperentur ſtatuiſſe,ſuper eo quod non erat auctoritatis ipſorum;& ſuper qua ſtatuere, ni-
hil aliud fuiſſet,quàm in crimen apprime permaximum labi, nempè Poteſtatem Eccleſiaſticam enim ſubijcere Pote-
ſtati ſeculari,quod abſit;qua ratione etiam ſi ſtatutum dixiſſet, & religioſi eodem modo vadant intelligeretur,ideſt ſi-
cut Confraternitates Ciuitatis vadunt iuxta earum antiquiorē inſtitutionem ita religiones quoq; vadant iuxta ipſa-
rum antiquiorem inſtitutionē,propterea ꝙ ſicut ſe habet municipalis confraternitas ab Epiſcopo,huius loci pro hac Ci-
uitate erecta ad iſtam Ciuitatem,ita ſe habet religio quæq; mendicantium à Domino Papa pro omni orbe terrarum e-
recta ad vniuerſum ipſum terreſtrem globum machinæ mundialis; & ita ſe habet mundus ad Papam, & mundus ad
Religiones per Dominum Papam pro toto mundo erectas,ſicut ſi habet Ciuitas ad Epiſcopum,& Ciuitas ad ſuas pro ſe
inſtitutas municipales confraternitates Vnde ſicut in Ciuitate Maceratenſi confraternitas antiquius inſtituta per Epi-
117 ſcopum dignior eſt in tota hac diœceſi,& præferretur cæteris;ita religio quoq; erecta per Dominum Papam in † vrbe
118 orbis i. Romæ,& † Roma eſt, vbi Papa eſt,dignior eſt cæteris in toto orbe terrarum,& † præferenda eſt cæteris in om
119 ni loca; quia † diœceſis Domini Papæ circumuoluitur cum Gyro vniuerſo orbis terrarum, & latitudo longitudoq;
120 terreſtris globi,& cardines ac cancelli quibus clauditur totus ipſe glomer terreſtris ſunt fines Diœceſis Papalis,ex
121 quo † Dominus Papa habet plenitudinem poteſtatis in omni Eccleſia totius mundi,& eſt Dominus omnium Eccleſia
122 rum,& ſuper omnibus Epiſcopis,& Prælatis † caput Eccleſiæ,& Vicarius Ieſu Chriſti altiſſimi ad ſpeculat.tit.de præ
ſcrip.verſiculo illud:alioqui non ita ſe haberet Dominus Papa,quo ad totum mundum,& quo ad omnes Eccleſias,ſi-
cut ſe habet Epiſcopus,quo ad ſuam diœceſim;& non idem operaretur Benedictio Papæ in omni Eccleſia:quod opera-
tur benedictio Epiſcopi in ſua Eccleſia,quod eſt falſum,quià imò plus poteſt Papa in omni Eccleſia,quàm Epiſcopus in
ſua:ſi igitur quando ſtatutum diceret,& religioſi eodem modo vadant tamen hic eſſet ſenſus ſtatuti i. iuxta ipſarum
religionum antiquiorem inſtitutionem à Domino Papa factam quanto vehementius hoc concludentiſſime deteguur,
cum apertiſſimo ſermone dixerint,ꝙ religioſi ſuo loca vadant,pugnant igitur cum ſtatuto Ciuitatis ſuæ limpidiſſimo,
cum ſtatuto inquam deuotè,& ſapientis patriæ noſtræ perlucidiſſimo, illi qui contrarias conſuetudines,imo corrupte-
las ante ſtatutum exiſtentes,ſed verius per ipſos pace ipſorum dixerim,effictas, atq; imaginatas quoad caſum noſtrū
proponunt;contra ſtatutū prædictū patriæ noſtræ: quæ admodum laudabiliter, & pluſquam dici poſſu ſapienter lo-
quuta eſt;in hæc verba & religioſi ſuo loco vadant:erat n. apprime religioſus vir ille pæne ſanctus D. Ioannes Bapti-
ſta Bracconus qui eam partem compillaſſe dicitur de conſenſu conſatiorum ſapientiſſimorum,igitur vt ſummatim ite-
123 rum filum colligamus:Talis conſuetudo,ꝙ inferiores præferantur maioribus † in nulla parte orbis terrarum potuit vn-
quàm nec poterit introduci,quia eſſet irrationabilis & contraria iuri diuino, atq; naturali.ſecundo ſi daretur quod ta-
124 men falſum eſt † tamen unquàm fuit in Ciuitate Maceratenſi talis conſuetudo in caſu primogenitæ prolis à Ro-
mana Eccleſia in ordine mendicantium,& de iſto ſigillatim caſu agitur. poſſeſſio igitur,& præſcriptio prætenſa in ca-
125 ſu diuerſo nihil ad rem ſpectant,quia † non datur conſuetudo,ſeu præſcriptio deſiderata ſine poſſeſſione, & actu. Ter-
tio ſi daretur per impoſſibile,& per falſi thematis aſſumptum, ꝙ in caſu ſpeciali,de quo agitur inualuiſſet talis con-
ſuetudo,tamen per ſtatutum poſtea æditum,& ſemper poſt ſui promulgationem obſeruatum ſublata fuiſſet: Quid igi
126 tur lympidius pro fratribus prædicatoribus deſiderari poteſt † quibus ius diuinum:ius naturale,& gentium: ius apoſto
licum lex municipalis ſcripta,& conſuetudo vigens vera,& valida,& quæ ſola valere poteſt fauent: Merito igitur
Illuſtris,& Reuerendiſſimus præſul,Maceratenſis,& Recanatenſis Galeatius Moronus cuius vitæ puritatem,& ſancti
tatem celeremq; virtutem in ſanctis Dei operibus meū nō eſt nunc humillimi ſermonis tenuitate erigere; non dubita-
127 uit ſuum huic religioni primogenitæ locum digniorem inter mendicantes elargiri,vt † quod diuina,& naturalis, & ci-
uilis ratio poſtulabant ac ſuo iura afflagitabant non minus prudentiſſime,quàm iuſtiſſime expleret:illud tamen fateor,
128 quòd † Carmelitani debent Heremitanis,& minoribus Sancti Franciſci admodum iuſtè,& decenter præferri, quia de
129 iure eis ſecundus omnino debetur locus † quoniam eorum inſtitutio apoſtolica, antiquior eſt quàm Fratrum Minorum
Sancti Franciſci,& quàm Heremitarum Sancti Auguſtini;qui venerabiles, & ꝗ Reuerendi Carmelitani etiam in ha-
130 bitu magis monachali incedunt,& qui etiam in vrbe Romana † digniorem locum nacti ſunt in Proceſſionibus, quàm
duo illi ordines Minorum,& Heremitarum nempe ſecundum locū ſuum obtinuerunt in vrbe in Proceſſionibus Carme
131 litani. Prædicatoribus autem ſemper dignior debetur locus,quoniam † ſublimior ordo eſt inter mendicantes ex † deci-
132 ſione Honorij iij. de conſenſu omnium Cardinalium ædita, vt ſupra retulimus,& quoniam † primogeniti ſunt ipſi Præ-
dicatores

133 dicatores primo confirmati, quàm cæteri omnes mendicantes, vt etiam ſupra prodidi, & inferius etiam dilucide de-
monſtraturi ſumus ex fuſiori, & veriſſima hiſtoriarum plurimarum relatione.

I E S V.

TANDEM animaduerſionis non autẽ argumentationis cauſa vt à lue, quæ ex portis Inferi horribiliter
134 † ſe egreſſuram comminatur, & iam pœnæ ſerpere cœpit prouide caueamus, & in tartari ipſius ima guttu
ra valide eam reprimamus: illud haud tacuiſſe velim, tam pro fratribus prædicatoribus quàm pro omni-
bus religionum ordinibus, quibus per anteriorem reuerentiæ erga Romanum Pontificem exhibitæ vir-
tutem, & anteriorem adeptam Apoſtolicam inſtitutionem, & benedictionem quæſita dignitas fauet. videlicet, quòd vt om
135 nes norunt, & noviſſe debent † Poteſtas Eccleſiaſtica maior eſt, quàm poteſtas ſecularis, & quòd † Romana Eccleſia Prin-
136 ceps Imperatrix Domina, et caput eſt cæterarum Eccleſiarum, vt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Alexandrinæ Antio
137 chenſis, Maceratenſis Auximanæ Recanatenſis; & contrarium ſentire † eſſet hæreſis: at † latet anguis in herba, dum
138 contra erectionem religionis factæ per Sedem Apoſtolicam, & iura quæſita religionibus per Benedictionis Pontifica-
lis auctoritatem, & virtutem: opponitur de conſuetudine Ciuitatum: Nam quæſierim ego quæ eſt iſta Ciuitatis conſue-
tudo, an laicorum an Eccleſiaſticorum; quæ eſt inquã hæc conſuetudo an communitatis temporalis an ſynodi Epiſcopa-
lis: ſi communitatis laicalis dixeris, ergo conaris efficere, quòd poteſtas ſecularis ſit maior quam Eccleſiaſtica ſubijciſq;
quantum in te eſt congregationi laicorum perſonas Eccleſiaſticas, quod eſt impoſſibile: ſi vero dixeris eſt conſuetudo Sy
nodi Epiſcopalis, & ſic Eccleſiaſticarum perſonarum, tunc Eccleſiam Antiochenſem, Firmanenſem, Maceratenſem,
& cæteras, feciſti æquales Romanæ Eccleſiæ: quaſi illud ius quod Romanus Pontifex, & Apoſtolica Sanctæ Sedis Bene
dictio, dedit religioni; poſſit à religionibus ipſis multis auferri, per Epiſcopos, & Eccleſiam Conſtantinopolitanã, Nea-
139 politanam, Maceratenſem, & ſimiles: ſed non ita eſt; Quia † qua hora Dominus Papa quieſt Dominus totius orbis ter-
140 rarum † in omnes Eccleſias habens plenitudinem poteſtatis quoniam omnes Eccleſiæ ſibi ſubſunt, ſpeculat. affluenter
141 tit. de præſcript. verſiculo illud, erigit religionem aliquam, tunc dat illi religioni ſedem † ipſo iure in omni ſynodo, in to-
to orbe terrarum, & niſi ita dicamus tot viderentur Papæ quot ſunt Epiſcopi, & quæ Dominus Papa facit, per Epiſco-
pos, aut per communitates immutari poſſent, atq; violari, etiam in præiudicium priuilegij, & in præiudicium iuris quæ-
ſiti tertio, etiam quòd illud ius ſit quæſitum, & competens iure diuino, & iure naturali immutabili, & auctoritate ſanctæ
142 Sedis Apoſtolicæ † quæ omnia ſunt notiſſime abſurda, & haud erit inutile quo ad virtutem iuris quæſiti, tertio ex na-
turali, ac gentium primæuarum auctoritate lynceis oculis conſulere monumenta Domini Aymon. Crauettæ in tract. de
antiquitat. tempor. ſecunda, tertia, & pluribus ſeq. pagini, vbi quàmplurima per egregia non minus ſubtiliter, quàm
luculenter ex communibus traditionibus collecta perfacili ſtylo congerit.

I E S V.

NON aduerſatur autem nobis quod aiunt. in capella ſuæ ſanctitatis obſeruatur, vt Vicarius generalis; ſeu
ille qui appellatur, & eſt generalis, religionis, quæ prius erecta fuit præcedat. i. digniorem locum obtineat:
alibi minime ſeruari debet. Nam reſpondetur nunquid Papa eſt Dominus duntaxat capellæ ſuæ: nũquid
non eſt Dominus totius orbis terrarum, & omnium Eccleſiarum, vt ex ſpeculat. de præſcrip. d. verſic. il-
lud vbi plurima congerit iura. ſanè in omni Eccleſia totius orbis terrarum plenitudinem poteſtatis habet Romanus
143 Pontifex, vt paulo ſuperius tradidi: igitur quod ex virtute Pontificiæ auctoritatis proficiſcitur † nullis circumſcribitur
alicuius loci finibus, neq; cancellis ſolius capellæ Papalis coarctatur, neq; enim Gemin. Io. And. Gondiſſalu. Alfonſ.
Boer. Caſſan. Felyn. & omnium iuris interpretum communis Academia, quæ præferendos teſtatur eos qui priorem A-
poſtolicam confirmationem nacti fuerunt, de loco capellæ Papalis dumtaxat loquuntur, ſed de vniuerſo orbe terra-
rum, vt penes eas euidentiſſimè conſtat: igitur &c.
144 Nec etiam refragatur nobis dum aiunt, nonne in Ciuitate Maceratenſi ſunt † duo collegia nempe venerandum
collegium aduocatorum curialium Prouinciæ: & almum Collegium Iureconſultorum Gymnaſij Maceratenſis, & dum
145 vnus de collegio curialium etiam mira ſenectute confectus recipitur ad Collegium Maceratenſẽ † ſortitur infimum lo-
cum poſt iuniores quoſq; in ipſo Collegio Maceratenſi, & è conuerſo ſi ſenior inter Doctores Illuſtris Collegij Macera-
146 tenſis recipitur ad Illuſtre Collegium Aduocatorum, Curialium † illic infimum poſt iuniores locum obtinet; ita ergo li-
cet Prædicatores cæteris ſeniores ſint in inſtitutione ſuæ religionis tamen cum venerint in ciuitatem vbi primo ade-
pti fuerant ſedem cæteri mendicantes: videtur quòd nouiſſimum locum tantum aſſequi debeant. Nam reſpondetur
147 † nunquid ita ſe habet ſynodus Maceratenſis ad Romanam Eccleſiam, ſicut vnum ex iſtis collegijs ad alterum? abſit,
148 vt id cogitemus. Nam iſta duo collegia † ſunt dignitates, & iuriſdictiones oppoſitæ, atq; æquales, & vnum non ſubeſt al
teri, atq; ex gratia ſi ſibi placeat vnum ex Collegijs prædictis recipit perſonas alterius collegij facta balluctatione, &
ita liberè redditis ſuffragijs vt poſſint ſi malint perſonam pro aggregatione propoſitam reijcere: Verum enimuero
149 † ſynodus Epiſcopalis Maceratenſis ſubeſt Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ. † Nec ex gratia ſed ex iuſtitia & ne-
ceſſitate recipit quæ ſanxit Romanus Pontifex, & propterea quum aliqua approbata religio per Dominum Papam
aduenit, quia aliqua pia perſona illi monaſterium extruit, tunc Epiſcopus, & ſynodus Maceratenſis non poteſt reijcere,
nec reddit balluptas pro admiſſione talis religionis, & an velit eſſe de ſynodo; quia Epiſcopi eſt quærere, an qui vene-
runt ſit illa religio, quam Dominus Papa approbauit, non autem iudicium dare ſuper approbatione facta à Romano
Pontifice.

Pontifice,& ideo cognito q̃ ſint de religionibus per Dominum Papam approbatis,Epiſcopi eſt reuerenter recipere:nõ
aute m proponere in quæſtionem,& ſcrutinium balluctationibus facere:an velit eſſe de Synodo, & an velit ſuum locũ
151 tali religioni concedere,quia † qua hora D.Papa erexit religionẽ aliquam,illa hora ſedes fuit quæſita,& † ius collegij
152 fuit quæſitũ,illi religioni in toto orbe terrarũ;& in omni ſynodo totius orbis terrarũ.Vnde † nequaquam dies qua cæ-
153 pit actu ſedere in Collegio, ſeu Sinodo ſed dies qua ius collegij,& ius ſynodi fuit ei quæſitum,ſpectatur:quandoquidem
154 † haud executio exercitij ſedendi,ſed ius ſedendi ſpectatur:exẽploq; res manifeſta redditur;fingamus,nunc erigitur col
legium Doctorum qui ſunt ciues de conſilio credentiæ Ciuitatis huius Maceratenſis Petrus Iureconſultus ciuis, & de
gremio dicti conſilij credentiæ abſens eſt:qui ſunt præſentes incipiunt actu exercere ius ſedendi in collegio; Nibilomi-
nus certi iuris eſt,q̃ quando Petrus veniet,qui erat ſenior cæteris primam ſedem inueniet ſuam eſſe ſedem, & in prio-
ri ſede obtinebit locum:ex quo fuit de collegio licet abeſſet,quando cæteri cæperunt eſſe de tali collegio, & ſic ex quo
fuit de collegio antequam cæteri,vel ſi eodem tempore quo cæteri tamen ſenior eſt cæteris, licet vltimus aduenerit in
collegium huiuſmodi,quo ad actum exercitij,& quo ad ingreſſum in Ciuitatem poſt iura talis collegij quæſita:Nam &
ille qui ſedebat ad menſam illã, de qua in ſancto Euangelio Domini IESV CHRISTI Redẽptoris noſtri legitur, fuerat
155 primo ingreſſus domum illam in qua erat menſa,& † primus ſederat: & tamen ſi dignior ſe poſtea venerit, retrahit
pedem etiam ex approbatione,& ſanctiſsima Doctrina ipſius Domini Noſtri Ieſu Chriſti glorioſiſsimi: itaq; non actus
exercitij,ſed ius competens alicui in loco ſpectatur: porro confirmantur prædicta nam ſi primus ingreſſus in Ciuitatem
156 ſpectaretur,non autem antiquior inſtitutio religionis,ergo inſula illa,quam nuncupant Hiſpaniolam,primo † in nomine
157 Domini Noſtri Ieſu Chriſti Nazarei inuentam,à Chriſtoforo Columbo Italo Ianuenſi, vere † Chriſti fidem primo fe-
renti Colombea SPIRITVS SANCTI ductu in alias illas quoq; alterius hemiſpherij inſulas: exiſtentem in mundo
illo quem aiunt recentiori,in parte illa occidua quam regit hodie Dei altiſsimi nutu, Philippus Auſtriæ Caroli Quinti
158 Filius,& Hiſpaniarum Rex ;in qua eſt † Ciuitas Sancti Dominici Metropolis,& Colonia Illuſtris nobilitatis Hiſpanien
159 ſis illuc Imperio regis, ex ipſis Hiſpaniarũ nobiliſsimis regionibus miſſæ:ſequeretur q̃ † fratres prædicatores qui inſulã
illam primi ingreſſi fuerunt,& à Beati Dominici nomine Ciuitatem illam appellari obtinuerunt,ac tam inſigne conuẽ-
tum Sancti Dominici pro ipſis fratribus prædicatoribus illic extrui Ieſu Chriſti ſanctiſsima voluntate curauerunt, &
meruerunt:quòd in Proceſsionibus digniorem locum,quàm clerici ſeculares ſortiri deberent: item ſequeretur,q̃ ſi ho-
die Monachi Sancti Benedicti quorum inſtitutio antiquior eſt,quam omnium mendicantium Gondiſſ.Villadieg in d.trac.
de leg.de lat.q.7.nu.10.& quorum regula erat approbata ante tempus Innocentij Tertij,& Concilij Lateranenſis, ce-
lebrati anno Domini M.CCXV.vt ſupra retulimus; & ſic quorum regulam,non afligit,ſed validauit diſpoſitio text. in
d.c.fi.de religioſ.domib.venirent in iſtam Ciuitatem,obtinentes conuentum;vel ſi hodie collegium aliquod clericorum
160 ſecularium adueniret,in eandem hanc Ciuitatem noſtram,fingamus † pro ſantiſsima Eccleſia Crucifixi miſericordiæ,
quæ nunc vacat religioſis: q̃ ſuum locum conſequi non poſſent huiuſmodi digniores clerici,& monachi propter anti-
quiorem ipſorum inſtitutionem iuxta receptionem ſententiam,& traditiones Gondiſſalu.d.q.7. ſed quod eſſent inferio-
res mendicantibus:quod ſane vt conſtat,& vt experientia ſemper docuit falſum eſt,& nimis abſurdum. Nam quis pri
161 mo venerit,& fuerit primo receptus in locum;inter pares conſideratur, † non autem inter maiores, & digniores ex
vna ac inferiores,ſeu recentiores ex altera,vt expreſsim traditum eſt,ex eodem Gondiſſalu.in d.q.7.nu.10.in fi. ver-
ſicu.& inter æquales &c.& patet inde quoq; quia Gondiſſal.ſciebat eſſe impoſsibile, q̃ in omni loco totius orbis terra-
162 rum fuerint primi in ingreſſu Ciuitatum fratres prædicatores;& tamen † in orbe vniuerſo terrarum affirmat,q̃ dignio
rem locum inter mendicantes aſſequi,& tenere debeant:loquitur enim de omni orbe terrarum, nempe quocunq; Do-
minus Papa miſerit legatum de latere;quia per vniuerſum orbẽ terrarum mittere ſolet tales legatos; & tamen prædi-
catores inquit digniorem locum in proceſsionibus tenere debent inter mendicantes.ſi enim quando nouiſsimi ingrediũ-
tur ciuitatem minime digniorem locum ſortiantur,ſed duntaxat quando primi venerunt in Ciuitates;ergo non ea ra-
tione quia antiquior ſit eorum inſtitutio,ſed quia primo intrarũt ciuitatem præfereruntur cæteris;ſee Gondiſ.d.nu. 10.
163 inquit † quia antiquior eorum inſtitutio eſt ; & ita quoq; frequentiori dogmate inquiunt omnes ſcribentes, vt Gemin.
164 & cæteri in d.c.quorundam.de election.in vi.ergo inſpicitur quæ ſit antiquior religionis inſtitutio, † non autem quis
primo ingreſſus fuerit Ciuitatem,quod in puncto quandoq; per ſuum apoſtolicum breue fœlic. record. Alexander vi.
165 qui † fuit ſublimatus ad ſantiſsima Summi Pontificatus faſtigia anno Domini M.CCCCXCII.1492.& vixit annos vn
decim cum diebus octo,vt ex cronicis Summorum Pontificum liquet : per apertam Pontificalem deciſionẽ terminauit
166 in eo breui quem dedit anno ſexto ſui Pontificatus † anno Domini M.CCCCXCVIII.1498. cuius deciſionem ſumma-
tim hic inſeri opere pretium erit:eſt autem huiuſmodi Alexander Papa vi.Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam bè-
nedictionem, exponi nobis nuper fecerunt Dilecti filij Ioachinus Turrianus ordinis fratrum prædicatorum Magiſter
Generalis,ac prior & fratres domus Sanctæ Agnetis dicti ordinis,iſtius Terræ Montis Policiani,Aretinæ diœceſis, q̃,
& ſequuntur aliqua pertinentia ad narrationem, q̃ tunc illo tempore fuerant introducti in Montem Policianum fra-
tres prædicatores in Eccleſiam Sanctæ Agnetis,deinde ſubdit: & licet ordo ipſe inter mendicantes ſit principalis; ta-
167 men † fratres aliorum ordinum mendicantium in eadem terra exiſtentes, pro [eo q̃] fratres ordinis prædicatorum hu-
iuſmodi in illam fuerunt introducti:tam in proceſsionibus,quàm in alijs actibus contingentibus locum debitum eis dè-
negant:Propter quod interdum contrauerſiæ inter eos oriuntur:quare pro parte eorundem exponentium nobis fuit hu
militer ſupplicatum,dignaremur in præmiſsis opportune prouidere:Nos igitur qui omnia rite,& debito ordine proce-
dere,ac ne contrauerſiæ,& ſcandala oriantur,quantum cum Deo poſſumus prouidere cupientes: huiuſmodi ſupplica-
tionibus inclinati,diſcretioni tuæ,tenore præſentium committimus,& mandamus vt conſtito tibi de præmiſsis;fratres
168 ordinis prædicatorum huiuſmodi in proceſsionibus,& alijs actibus in eorum loco congruo,& debito † prout in Palà-
vio

169 tio noſtro, & alijs locis fieri conſueuit, ſtare & incedere faciat: ac † fratribus aliorum ordinum mendicantium huiuſmo
di, in dicto oppido exiſtentibus, ne aliqua impedimenta, & moleſtationes ſuper præmiſſis, dictis fratribus ordinis præ-
dicatorum in futurum inferre præſumant; ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis diſtrictius inhibeas: conſtitutionibus, &
ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; non obſtan. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub anulo
Piſcatoris, die xxiij. Aprilis. M.CCCCXCVIII. 1498. Pontificatus noſtri anno ſexto: neq; .n. dubitamus, ſed notorium
170 eſt, ꝙ in Palatio Apoſtolico fratres prædicatores, & eorum generalis, & Magiſter Sacri Palatij præferuntur † cæte-
ris omnibus mēdicantibus, vt omnes norũt & quotidie viſu videmus. tam igitur de iure, & ex communis ſententiæ tra
171 ditionibus vt ſuperius indicaui, quàm ex deciſione iſta Papali per Alexandrum VI. edita quæ vult, vt † imitemur Pa-
latium Apoſtolicum: conſtat ꝙ minime eſt inſpiciendum quis ordo ex mendicantibus primo ingreſſus fuerit ciuitatem,
172 & in ea conuentum nactus fuerit; ſed cuius ordinis antiquior ſit Apoſtolica inſtitutio quod & in beata iſta noſtra re-
173 gione piceni agri, in quã Deus altiſſimus Angelorum manibus deferri voluit ſanctiſſimã illã domũ in qua † VERBVM
CARO factũ fuit, in Ciuitate Nazareth: & nũc ſanctiſſima Lauretana domus appellatur à nobis: paſſim nc ſine delectu
174 obſeruari cernimus: in qua † fratres prædicatores vbiq; digniorē locum tenēt: & tamen non in omni loco fuerũt primi
in ingreſſu ipſarum Ciuitatum alioqui ſi neglecta Apoſtolicæ inſtitutionis virtute primitas introitus in Ciuitates ſpecta
retur, nihil aliud eſſet, quàm ſubijci Apoſtolicæ inſtitutionis auctoritatem einsq; poteſtatem quodammodo negari, ac
vilipendi, ac eſſet infimiores maioribus præferri, eſſet inq̃ iuris diuini rōnem, & ius naturale, & ius Apoſtolicũ, &
175 ius tertij ſubijci laicis, atq; prælatis Domino Papa inferioribus, quod eſt impoſſibile; & eſſet ipſum ius tertij auferri † con
tra eius voluntatem; & quidem ius competens alicui de iure diuino, & naturali quod nullo pacto fieri poteſt: & eſſet cō
fuſionē inuolutiſſimã excitari, ordinem aũt ſanctum, & Paradiſi veſtigium indeq; aboleri, ac eluſorium reddi effe-
ctum primæ inſtitutionis Pōtificalis, coronamq; emeritam propter anteriorem virtutem adimi, & cōtra ſanctum exem
plum relatum in Euangelio D. Noſtri Ieſu Chriſti, permittere: ꝙ in menſa proceſſionũ infimiores potiora tenerent loca:
digniores autem infimiora: quaſi nō adeſſet Paterfamilias, qui dicat inferiori amice deſcende, quia dignior te aduenit,
176 eſſetq; Pontificiam ſummam Romani Pontificis † liberã ſupremamq; poteſtatem quæ ſoli Deo ſubeſt ſanctionibus Ciui
177 tatum aut decretis ſynodorum Epiſcopalium innodari quod eſt impoſſibile.

Neque etiam nobiſcum pugnat ſi quis dixerit, ꝙ conſuetudo contraria quæ prætenditur eſt centenaria ſeu immemo
rabilis, quæ dicitur habere vim priuilegij, & conſtituti c. ſuper quibuſdam, extra de verb. ſignif. & illic gloſſ. in verbo
non extat. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & æſtiu. Quia reſpondetur, ꝙ vt ex ſuperius collectis potuit, imo ta
lis conſuetudo nunquam adfuit, tantum enim abeſt, vt in caſu primogeniti de quo agitur inualuerit conſuetudo huiuſmo
di vetuſtiſſima cuius initia hominum memorias excefferint, vt verius nec vnius horæ, dici ſeu punctuli temporis talis
178 conſuetudo viſa fuerit in hac Ciuitate: quia † tantum præſcriptum, & conſuetudine inductum, quantũ poſſeſſum, & ni
hil vltra. præterea nihil ad rem ſpectat conſuetudo, ſiue memorabilis in ſui initio, ſiue immemorabilis, & millenaria, ne
179 dicam centenaria; quando eſt in caſu diuerſo; & à quo † non valet argumentatio; quia eſſet à frigidiori, vt ita loquar
180 non autem à fortiori; neq; .n. ſi cui magis ineſſe videtur ineſt ergo, & cui minus ineſſe videtur inerit; quia † argumen-
181 tatio à maiori concludit negatiuè non autem affirmatiuè ſicut † argumentatio à minori concludit affirmatiuè non au-
tem negatiuè ad Gammar. & ad Cātiunculam, & ad Euerardum in ſua centuria in locis, & ſedibus à maiori, & à mino
ri: ſed ita eſt ꝙ talis conſuetudo aſſerta ſi valere præſupponatur viguit in caſu illo tertij geniti contra ſecundum geni-
tum qui noluit contradicere, & nunq̃ contradixit, ſed per patientiam, & taciturnitatem, & præſumptum conſenſum:
imo & ſatis lympide quaſi expreſſum ſibi præiudicauit, ac ſuo iuri renunciauit; ergo non valet argumentatio ab iſta fa-
182 cti ſpecie cui magis ineſſe videtur: ad aliam cui minus ineſſe cernitur; † nempe ad caſum primogeniti, qui contradixit, &
ſuo iure vti quàm iuſtiſſimè, & perq̃ decenter etiam pro decore Sanctæ Romanæ Eccleſiæ maluit; igitur talis conſue-
183 tudo centennaria in caſu primogeniti nunquàm fuit; & † à conſuetudine in caſu diuerſo, & leuiori ad caſum difficilio-
rem nempe perſonarum non renunciantium ſuo iuri, & ad caſum per ſe. ſecor. Alex. VI. Et per Honorium III. ſigilla-
tim deciſum: ac inſuper executioni demandatũ per Reuerendiſſimum Epiſcopum noſtræ Ciuitatis iuxta iuris diuini, &
naturalis, & Pontificij dictamen argui non poteſt. Tertio reſpondetur, ꝙ talis conſuetudo qualiſcunq; fuiſſet nihilomi
nus abrogata fuit prorſusq; ſublata per ſtatutum editum recentiori iſto tempore: nempe anno Domini M. D. LVII.
184 1557. quo ſane tempore viri Maceratenſes, quàm pie, & ſapienter ſtatuerunt, quòd imo religioſi ſuo loco vadant † tol-
litur. n. contrarijs ſtatutis anterior conſuetudo, vt ſuperius proditum fuit.

185 Quarto reſpondetur, ꝙ † conſuetudo aut præſcriptio non valet contra neruum auctoritatem, & iura Eccleſiaſticæ
diſciplinæ. c. cum inter de conſuetud. & illic gloſſ. Franc. Balb. in tract. præſcription. ſexta parte in priori articulo, ver-
ſiculo octauus caſus eſt, in quo non datur conſuetudo, neq; præſcriptio; ſubdens ex ſententiã gloſſ. in c. accedentes. de
186 priuil. quòd † contra ſtatuta generalia quibus eccleſia regitur nulla vnquàm curſit præſcriptio; ſed perpetuo inuiolata
187 permanent; † generale autem ſtatutum quo regi deberet Eccleſia circa mendicantium ordines æditum fuit ab Hono-
rio III. de conſenſu omnium Cardinalium; Franc. Sanſou in d. 2. parte cronicarũ ſub anno Domini M.CCXVII. 1217.
188 nempe vt † fratres prædicatores eſſent ſuperiores omnibus ordinibus mendicantium, & † hanc Eccleſiaſticam eſſe
189 voluit methodum, atq; diſciplinam prædictus Honorius III. Confirmator ordinum mendicantium † primam. n. Apoſto-
190 licam inſtitutionem obtinuerunt ipſi fratres prædicatores Gondiſſal. d. q. 7. in tractat. de legat. de later. Boer. d. nu. 87.
in tractat. de auctor. magni conci. gloſſ. Gemi. & ſcribentes in d. c. quorundam. de electio. in vi. cui methodo diſciplinæq;
Eccleſiaſticæ per Honorium III. propoſitè prout etiam iuris diuini ratio, & ius naturale expoſtulabant, acceſſit inſuper
191 & deciſio Alex. vi. de qua nuper memini; † non valet igitur conſuetudo huiuſmodi contra methodum, & neruum
Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & contra ſtatutum generale quo debet regi Eccleſia circa ordines mendicantium.

Quinto

Quinto reſpondetur, quòd conſuetudo licet centenaria, & immemorabilis non valet contra ius diuinum, ita in puncto
decidit Rocb in tract. de conſuetud. num. 117. iuncto initio quæſtionis illius de quo ſupra ibidem nume. 78. ſunt e-
192 *nim corruptelæ, & abuſus conſuetudines contra ius naturale, & diuinum† nec vnquàm incboari poſſunt nec progredi*
nec perfici, quia pœnitus nullius ſunt momenti, & noſtris legibus odibiles: vt diffuſius ſupra demonſtrauimus; igitur ta
193 *lis conſuetudo immemorabilis primo nunquàm adfuit in caſu primogeniti ſecundo: † nunquam adfuit in caſu eorum*
qui contradicunt. Tertiò non valeret, nec in vllo parte mundi ſuſtineri poſſet.

Nec nobis obſtat, quòd ex hiſtorijs Franciſci Sanſouini, in ſecunda parte cronicarum mundi videatur probari, quòd
imo fratres Carmelitani fuerint primo cōfirmati per ſedem Apoſtolicam, quàm fratres prædicatores qui in d. 2. parte cro
nicarum Sanſouini ſub narratis quo ad annum M.CC. 1200 iunctis narratis quo ad annum M.CCXVII. 1217. legũ
tur Carmelitæ confirmati per Honorium tertium anno primo ſui Pontificatus, & ſic anno Domini M.CCXVI. 1216.
ſi tali anno fuit ſublimatus ad faſtigia ſummi Pontificatus Honorius tertius, vt Cronica ſummorum Pontificum mihi
exprimit: Vel anno Domini M.CCXVII. 1217. vt Sanſouinus in d. 2. parte cronicarum mundi exiſtimat: adeo quòd dubio
194 *procul confirmatio religionis carmelæ† facta in honorem Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, per Honorium III fuit vel*
ae anno M.CCXVI. 1216. aut ſaltem omni dubio procul anno M.CCXVII. 1217. confirmatio autem fratrum prædi-
catorum legitur in dictis hiſtorijs Sanſouini eo dicto loco dum de Honorio tertio loquitur, quòd initio ſui Pontificatus fuit cō
ceſſa per ipſum talis confirmatio prædicatoribus: qui Honorius tertius vixit annis decem cum octo menſibus, vt ex
cronicis Romanorum Pontificum apparet. Vnde ſi etiam fuiſſet confirmatio fratrum prædicatorum anno ſequenti
M CCXVIII 1218. adbuc vera eſt ratio ſermonis, quòd initio ſui Pontificatus confirmauit fratres prædicatores Hono
rius tertius, ex quo tot annos vixit, & hanc ſententiam quòd ille anno M.CCXVIII. 1218. fuerins confirmati fratres prædi
catores per Honorium, videtur probare ipſe Sanſouinus dum ſubdens expreſſim ibi illam clauſulam quæ ſigillatius de
prædicatoribus loquitur dicens hoc anno fuit confirmatus ordo prædicatorum, inſerit talem clauſulam reſpectu loci in-
ter annum Domini M. CCXVII. 1217. & inter annum Domino M.CCXIX. 1219. ſentiens, quòd fuerit in me-
dio, ideſt anno Domini M.CCXVIII. 1218. & ita in puncto, quòd fuerit confirmatio: fratrum prædicatorum An-
no Domini. M. CCXVIII. 1218. teſtatus fuit Caſſaneus, in Catalogo de gloria mundi quarta parte conſiderat. ſexageſi-
ma nona verſ & hoc ratione; vbi quòd religio fratrum prædicatorum fuit confirmata dicto anno Domini M.CCXVIII.
195 *1218. † quod & in dubio præſumendum eſſe videtur, quia ſicut initium materiale, & fundamentum fratrum Sanctæ*
Mariæ de Monte Carmelo, fuit antiquius, nempe anno Domini M.CC. 1200, in Monte Carmelo, vt idem Sanſouinus
explicuit, vt in d. 2. parte cronicarum mundi ſub dicto anno M.CC. 1200 imo anno Domini M.CLX. 1160. cæperant
aliqui conuenire in dicto Monte Carmelo, licet anno Domini M. CC. 1200. Beatus Albertus Patriarcha Alexan-
drinus cum eis conuenire, & modum componere cæpiſſet, vt Paulus Ieſuatus d.c. 25. in dicto eius tract. de origine om
196 *nium religionum tradidit initium vero materiale fratrum prædicatorum † fuerit recentius incboatum quia legitur*
fuiſſe anno Domini M.CCIX. 1209. vt pænes eaſdem cronicas Sanſouini ſub narratis quo ad dictum annum 1209.
ita pari ratione exiſtimandum eſt in dubio, quòd confirmatio Carmelitarum præceſſerit confirmationem fratrum prædica-
197 *torum; vt † quod iuſtius ſit eueniſſe in ancipitis præſumamus: & æquo lance libratas Romani Pontificis confirmationes*
198 *æſtimemus; ita vt † vetuſtioribus primo mox recentioribus Pontificalem tribuiſſe benedictionem cogitemus: Quibus il*
lud quoq; accedit; quòd annis proxime decurſis exorta in ſtatu cuiuſdā Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Ducis lite inter tres ordi-
nes fratrum prout nobilis quædam mulier mibi affinitatis neceſſitudine iuncta referri audiuit, & tunc vxor Excellentis
cuiuſdam viri regentis illum ducatū tanquam vnius ex conſiliarijs Excellentiſſimi illius, & ſemper ſapientiſſimi Ducis:
fuerunt iuſſu Imperialis, & Auguſtæ duciſſæ eius vxoris per quæſitæ hiſtoriarum, & interpretum ſcripturæ, & vetu-
ſtiſſimorum monumēta auctorū & per eandem duciſſam imperatum, vt quæ religio antiquius inſtituta detegeretur illa
digniorem locum ſortiretur in proceſſionibus: & quod fuit inuentum, quòd fratres Carmelitani Sanctæ Mariæ de Monte
199 *Carmelo præſtabant cæteris antiquitate, Et ideo quòd fuerunt prælati etiam fratribus prædicatoribus. vnde & † in Hiſpa*
nia fertur à quibuſdam, quòd Carmelitani præferuntur cæteris omnibus ordinibus mendicantium etiam ordini fratrū præ
dicatorum, quæ omnia confirmantur quia Caſſaneus in d. catal. de glor. mund. quarta parte conſiderat. ſeptuageſima
verſiculo, & iſti, expreſſim teſtatum reliquit, quòd Carmelitæ ſunt antiquis inſtituti, quàm prædicatores, vt patet in illis
200 *verbis, & iſti (loquens de Carmelitis † præferendi ſunt etiam fratribus prædicatoribus cum primo fuerunt inſtituti: quæ*
omnia tandem eo vebementius firmari videntur quoniam etiam ſi confirmatio Apoſtolica erga Carmelitanos fuiſſet
poſterior tamen videtur, quòd eſſet retrotrabenda ad tempus quo religio ipſa ſancto cæperat, & ſic ad annum D. MCC.
1200. ſeu M. CLX. 1160. ſicut enim confirmatio Apoſtolica requiritur præſertim, vt poſſit diſcerni an reli-
gio ſancta ſit, an verius ſciſma, ſeu ſecta, vel apoſtoſis, aut aliud reprobatione dignum, ita ſi ſancta religio inuenitur,
& confirmanda tunc dum Dominus Papa confirmat, trabatur confirmatio ad tempus initij eius ſanctiſſimi operis, &
acceptationis per homines factæ de vocatione SPIRITVS SANCTI; *vt hoc pacto etiam inuitentur ad ſancta-*
rum religionum operumq; diuinarum cæleſtia initia, nam reſpondetur quòd his omnibus facile occurri poteſt, & omnia
201 *ſane veriſſimis computationibus infirmori ac diſſolutionibus euolui poſſunt, ſed quoniam † nolim contra veritatem*
quartum locum Carmelitanæ ſanctæ religioni aſcribere, vt multi licet iniuſte fecerunt nempe Gondiſſal. d. q. 7. nu. 11.
Alfonſ. in ſuo theſauro. d. cap. 57 S ſed quemadmodum. & Boer. in d. tract. de auct. magni concilij numer. 87. cum imo
202 *† ſecundus debeatur locus Carmelitis, & omnino in ordine mendicantium ex veritate ſint ſecunda proles S. Romanæ*
Eccleſiæ: atq; locus ſecundus ſit ipſorum Carmelitanorum locus: ideo Paulo altius filum Hiſtoriarum enodatiori,
quàm hactenus fecerim textura exordior; deinde ſigillatim diluam ſingula obiecta pro Carmelitanis contra fratres præ-
dicatores qui ſunt primogeniti adducta, eſt igitur ſciendum, vt etiam ſparſim, & interciſe varijs locis pœnæ de his om-
nibus

203 nibus pro oblatis occaſionibus commemorani,ꝙ† tempore Innocentij tertij qui fuit ſublimatus ad ſummaſum ml Po
204 tificatus cacumina † anno Domini M.CXCVIII.1198.& ſedit annis decem,& octo cum ſex menſibus,& diebus no-
205 nem,vt ex ſummula cronicarum de Romanis Pontificibas loquentium conſtat:in tali initio ſui Pontificatus † nullus
ordo ex religionibus iſtorum quatuor mendicantium per ſedem Apoſtolicam erat approbatus, & in religiónem ita ere
ctus vt Apoſtolica auctoritate eſſet alicui regulæ innodatus;& ſic Apoſtolico auctoritate inſtitutus dici poſſet: vt patet
ex annotatione annorum confirmationis cuiuſq; ordinis de quibus Paulo infra: & inſuper, ꝙ idem Innocentius qui
206 † celebrauit ſacrum Lateranenſe Concilium anno Domini M.CC.XV.& ſic Pontificatus ſui anno vltimo,ſeu penulti
mo,edidit in illo Lateranenſi conſilio canonem,de quo in c.fin. de relig. domib.extr.vt apparet ex ſuperſcriptione dicti
tex.& de anno Lateranenſis Concilij apparet in ſummulo cronicarum prædictarum ſuper hyſtoria Romanorum Ponti
207 ficum,in quo tex.& canone vt ex eo,& ſcribentibus illic conſtat ſanxit Innocentius tertius, ꝙ † nulla religio quæ non
208 approbaretur in futurum, vel non eſſet approbata ante illud tempus per Romanos Pontifices eſſet religio: † prohi-
buit.n.nouos religiones,& ingreſſum in religiones,quæ non eſſent approbatæ per ſedem Apoſtolicam illo tempore,&
209 ideo † etiam votum ſuper ingreſſu alicuius religionis, quæ non ſit ex approbatis per Sedem Apoſtolicam non tenet, vt
inquit text.in c.vnic.de vot.lib.vi.ſciendum quoq; eſt vt indicat hiſtoria ſecundæ partis cronicarum Franc. Sanſauini
210 ſub anno Domini M.CCIX.1209.quòd † Beatus Patriarcha Sanctus Dominicus dicto anno 1209.fuit Romæ cum duo
211 decim fratribus,& dedit initium ſuo ordini fratrum prædicatorum indeq; ſtatim per Innocentium tertium † fuit miſ-
ſus cum dictis duodecim fratribus ſuis prædicatoribus in Ciuitatem tholeſanam contra peſſimos quoſdam ex infernali-
bus vomitos faucibus hæreticos, vt hæreſim illam recentius natam diuellerent ſuis prædicationibus, atq; doctri-
212 na pænitusq; extinguerent,qui Beatus Sanctus Dominicus † etiam Epiſcopum Tholetanum, ab hæreſis prauitate ad
confeſſionem ſanctæ fidei Catholicæ reuocauit, & Romam repetijt etiam tempore vitæ Innocentij tertij,dum Latera
nenſe Concilium celebrabatur,& ſic anno Domini M. CCXV. & ab Innocentio tertio prædicto humiliter, ſui ordinis
213 apertam confirmationem poſtulauit;cui cum non annuiſſet Innocent. nocte immediatè ſequenti † VISIONEM huiuſ-
modi vidit, nempe cernebat, ꝙ Lateranenſis Baſilica inſignem minabatur præcipitemq; omnino ruinam, dumq; ipſe
Romanus Pontifex vndiq; tremens miro cruciatu talia intuebatur, accucurrit Dei Benedicti Sanctus Homo Domini-
cus,qui humeros ſubijciens ſuos,vniuerſam illam Baſilicam firmiter ſuſtinebat;ne in præcipitium ferri, labiq; poſſet,
vnde ſtatim expergefactus viſionis memor, acerſiri fecit Beatú Dominicum,& omnibus quæ petierat cõſenſum præ
ſtitit,dimittens eum,vt cũ fratribus ſuis prædicatoribus ſuper regulæ electione conſuleret;interimq; mortuus fuit Inno
centius:ita teſtantur monumenta Reuerendi Fratris Pauli Ieſuati in tractatu de origine omnium religionum c.vigeſi-
moſeptimo:quo Pontifice ſummo,diem functo; ſucceſſit in ſancta diui Petri ſede Honorius tertius,creatus anno Domi-
ni M CCXVI.vt ex cronicis Romanorum Pontificum liquet;qui ſedit annos decem cum octo diebus, & iſte Honorius
tertius anno primo ſui Pontificatus ſtatim initio dicti Pontificatus, & dicto eodem anno quo creatus fuerat nempe ad-
huc labente dicto anno Domini M.CCXVI.1216.confirmauit ordinem fratrum prædicatorum; vt teſtatur dictus Re-
uerendus Paulus Ieſuatus d.cap.vigeſimoſeptimo,cui aſtipulatur in puncto Gemin.in c.quorundam.de electiõ.in vi.
214 dum inquit † confirmatio fratrum prædicatorum fuit facta anno Domini M. CCXVI.1216. per Honorium tertium
215 † quam confirmationem etiam inquit promiſſerat anno præcedenti Innocentius tertius prædeceſſor, & idem in pun-
cto expreſſimq; teſtatur quoq; Alfonſus in ſuo theſauro.d.c.57.verſ.dominicani:vbi ꝙ fuerũt cõfirmati anno Domini
216 M.CCXVI.1216. † Carmelitana autem ſancta religio fuit poſtea anno ſequenti M.CCXVII.1217.per eundem Ho-
norium confirmata,vt in puncto teſtimonium dicit dictus Reuerendus Frater Paulus Ieſuatus in d.tract.de orig.om-
nium religionum cap.vigeſimoquinto; & ideo conſtat, ꝙ licet Honorius tertius confirmauerit religionem Carmelita-
nam anno primo ſui Pontificatus, vt teſtatũ reliquit Franc Sanſou.in d.2. parte cronicarum mundi ſub narratis quo
ad annũ Domini MCC itẽ M.CCXVII.tamen non propterea verum eſt,ꝙ Carmelitana ſancta religio fuerit confirma-
217 ta anno Domini M.CCXVI.1216. quia Honorius tertius † non fuit creatus Papa die prima Ianuarij anno Domini
M.CCXVI.1216.& propterea circa finem Prioris anni ſui Põtificatus, cum iã veſtibula anni M. CCXVII. 1217.
218 ingreſſa fuiſſent confirmauit Carmelitas,cum antea † priuſquàm præterlaberentur initia anni Prioris ſui Pontificatus,
ac priuſquam recederet annus Domini M.CCXVI.1216.confirmaſſet religionem fratrum Prædicatorum, vt conſti-
tit:quod etiam inde patet quoniam gloſſ.Gemin.& ſcribentes in c.quorundam.de elect.in 6.& Gondiſſalu. d. q. 7. in
tract.de leg.de later.nu.20.& nu.11.& Boer.in d.tract.de auct.magni concil.nu.87.& theſaur.relig.d.c.57.verſi-
219 culo dominicani,& verſic.reſtat.& verſic.heremitani. & verſic.ſed quemadmodum.receptiori calculo vno ore † fa-
tentur,& teſtatũ faciunt, ꝙ prædicatorum inſtitutio eſt antiquior, quàm omnium mendicantium:etiam expreſſim di-
220 centes, † quàm ordo Carmelitarum:quem multi quarto loco retulerunt,vt Boer.Theſaur. & Gandiſſal. † alij tertio lo-
221 co,vt Caſſaneus in Catalogo de gloria mundi quarta parte conſiderat.quinquageſima ſecunda, verſic.vt ſunt Prædi-
catores minores Carmelitæ heremitani,& conſiderat.ſexageſima octaua.verſic. & iſti ordines ſunt quatuor,prædicato
222 rum minorum carmelitarum heremitarum Sancti Auguſtini:nos vero ex veritate † ſecundo loco eos enumeramus
223 † quia ſecundo loco per ſanctam Sedem Apoſtolicam confirmati fuerunt, vt prodidi, & confirmatio Apoſtolica
224 ſpectatur, vt ſupra quàm concludentiſſimè demonſtraui. & propterea minores Sancti Francisci erunt in tertio loco
225 in ordine mendicantium quia † tertiam obtinuerunt confirmationem, vt infra conſtabit; heremitani autem nouiſſimè
226 erunt quoniam nouiſſime poſt omnes alios prædictos nempe † quarto loco confirmationem ordinis, vt Apoſtolica au-
ctoritate ſuæ regulæ innodarentur,vt ſtatim ſubijciam obtinuerunt.itaq; ex veriori ſententia in ordine mendicantium
227 † primogenitus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ,eſt religio Sancti Dominici Glorioſi: † ſecundus genitus eſt ſancta Carmeli-
228 tana religio: † tertius genitus eſt religio Sancti Franciſci ſemper Benedicti: † quartus genitus eſt religio heremita-

rum

229 rum Diui Sancti Auguſtini:Nam ſecundum inter mendicantes locum, & ſic non quartum. obtinet omnino intermen-
230 dicantes ſancta Carmelitarum religio, vt videtur indicare quoq; verba Reuerendi prædicti Fratris Pauli Ieſuati, in d.
tract.de orig.omnium religionum, c.25.in fi.dum in ſecunda eſſe regula mendicantium Carmelitas refert, ſi de ſecun
dō loco in ordine mendicantium ſenſit:quòd ſi aliud ille hac in parte dicere ſenſit, tamen hoc veriſsimū eſſe omnino cō
231 uincitur, quia † ſecundo loco fuit per Dominum Papam confirmatus Carmelitarum ordo; nempe per Honorium ter-
tium anno Domini M.CCXVII. 1217. vt teſtantur Ieſuatus prædictus d.c.25.& Franc.Sanſou.d.2.parte cronicarū
232 mundi ſub narratis, quo ad annum 1200. iunctis quæ narrantur ſub anno 1217. Cuius quoq; rei † euidens indicium
promit, q Romæ in proceſsionibus ſecundum locum Carmelitæ obtinere conſpiciuntur, vt accepi. Licet eorum genera-
233 lis in Cappella Domini Papæ † quartum locum teneat, & hoc vt veriſimile eſt, quoniam in creatione Generalis, & il-
lius præſentatione coram ipſo Domino Papa pro Apoſtolica confirmatione, fuerunt tardiores Carmelitani, & praue-
nerunt eos tertius genitus, & quartus genitus, nempe minores Sancti Franciſci, & heremitani Sancti Auguſtini; qui
prius crearunt generalem, & præſentarunt dictos eorum generales Romano Pontifici; pro confirmatione dictorum
generalium, quod vſuuenire potuit quia tam longis regionum interſtitijs nempe à partibus Syriæ venientes Carmeli
234 tani; † non facile potuerunt ingenti numero aduenisse, nec facilè citius in partibus Europæ augeri, vt tantæ multitudi-
nis eſſent, q Generalem erigerent, & illum confirmandum Romano Pontifici præſentarent: nec aliunde hæc diuerſitas
ordinis Carmelitarum ex vna, & generalis eorū ex alter.a, potuit prouenire videlicet vt ordo Carmelitarum Romæ ſe-
235 cundum locum teneat: Generalis autem ipſorum in Cappella Domini Papæ quartum locum ſortiatur: Nam † effe-
ctus quiſq; ſuæ vere finali ſufficienti, & neceſſariæ cauſæ debet aſcribi. l. conditionibus pupillus. ff. de conditio. & de-
236 monſtratio. cum ſimil. † cauſa autem dignitatis: præcedentiæ: & loci in religionibus: vera finalis, & ſufficiens; forma-
lis, & omnium potentiſsima ac victrix eſt, Confirmatio apoſtolica: quia tunc ordo religionis dicitur ſortiri erectionem
formam, & auctoritatem, vt ſupra docuimus: ergo nō niſi ex confirmationis cauſa potuit huiuſmodi effectus proficiſci:
237 nempe vt ſecundum locum teneat ordo Carmelitarum in proceſsionibus Romæ quia † ſecundo loco fuit confirmatus
238 talis Carmeliticus ordo, vt conſtitit: Generalis autem eorum in capella Papæ quartum locum teneat † quia inter Gene-
rales ordinum quartam confirmationem ſortitus fuit, cum quarto loco præſentatus Domino Papæ fuerit; vt veriſimi-
239 limū eſſe & neceſſariū credi iam deduxi, & ſic ſemper vt iuris eſt, confirmationem Apoſtolicam ſpectari animaduerti
mus: quomodocunq; autem res ſe habuerit; ſecundus locus Carmelitarum eſt; quia ſecundam obtinuerunt confirma-
240 tionem. Religio autem Sancti Franciſci fuit confirmata per eundem Honorium tertium anno Domini M. CCXXIIII.
1224. vt Caſſaneus refert, in catalogo de gloria mundi quarta parte conſid.68. verſiculo & licet ordo minorum; &
Theſaurus religionis d.cap.57.verſic.reſtat; & Franc.Sanſouinus in d. 2. parte cronicarum mundi ſub anno Domini
241 M.CCXXIIII.1224. Religio vero heremitarū S.Aug. † fuit cōfirmata circa annum Domini M. CCLIIII. 1254. per
Alexandrum quartum qui fuit tali anno ad Sanctam Diui Petri ſedem ſublimatus, & deinde iterum confirmata
per Honorium quartum Romanum ex Illuſtriſsima ſabellorum familia natū, circa annū Domini M.CCLXXXV.1285.
qui hoc anno ſummum obtinuit Pontificatum; vt de prædictis conſtat in Theſauro religionis d. cap. 57. verſic. heremi
242 tani videlicet, quòd Alexander quartus probauit hunc ordinem: & deinde collapſum † iterum confirmauit Honorius
quartus. de annis autem Domini prædictis conſtat in cronicis Romanorum Pontificum; & per Sanſouinum in d. 2. par
te cronicarum ſub narratis quo ad annum 1255. & 1275. ſeu 1276. & patet ex text. in d.c. quorundam. de electiō.
in vi. vbi vltimo loco poſt prædicatores & minores, fit mentio de heremitani Sanctis Auguſtini; quia vt gloſſ. illic ani-
maduertit, & eſt communis interpretū ſententia præponuntur in ordine literæ in illo textu, ij quorum inſtitutio anti-
quior eſt; & patet etiam ex Caſſaneo in d. Catalog de gloria mundi quarta parte conſideratione 52. & conſiderat. 68.
243 vbi † ſemper inter quatuor ordines mendicantiū meminit vltimo loco de heremitanis Sancti Auguſtini. Nam vt di-
ctum eſt poſt tempora Honorij tertij, qui confirmauit prædicatores, Carmelitas, & minores Sancti Franciſci, mortuis di-
244 cto Honorio tertio: Gregorio nono: Celeſtino quarto: & Innocentio quarto: tunc † Alexander quartus qui ſucceſsit in
ſummo Pontificatu d. anno Domini 1254. confirmauit ordinem heremitarum Sancti Auguſtini, vt diximus: mortuisq;
Alexandro quarto prædicto: Vrbano quarto, Clemente quarto, Gregorio decimo, Innocentio quinto, Adriano quinto,
245 Ioanne vigeſimo, Nicolao tertio, Martino ſecundo: Tunc † Honorius quartus quia ſucceſsit in Romano Pontificatu an
no Domini 1285. M.cclxxxv. vt ex ſummula cronicarum de Romanis Pontificibus liquet, iterum confirmauit ordinē
heremitarum Sancti Auguſtini: & propterea inquit prædictus Theſaur. relig. d. cap. 57. verſic. heremitani; quòd fue-
246 runt confirmati per Alexandrum quartum, & Honorium quartum; qui † Honorius quartus etiam aliam religionem
antea confirmatā nempe Carmelitarum ipſe quoq; iterū confirmauit, vt de tali quoq; confirmatione conſtat penes
Franç. Sanſou. in 2 parte dictarū cronicarū ſub anno Domini 1286. M.cclxxxvi. cū tamen idē auctor retuliſſet de a-
247 lia † prima confirmatione ordinis Carmelitarū factā per Honoriū tertiū anno Domini 1217. M.ccxvij. in d. 2. parte
cronicarū ſub narratis quo ad annū Domini 1200. M cc. iunctis narratis, quo ad annū Domini 1217. & ideo Caſſa-
neus in catalogo de gloria mundi, quarta parte conſiderat. 70. dicit Carmelitas confirmatos ab Honorio quarto, qui ta-
men Carmelitæ etiam antea anno Domini M.CCXVII. 1217. fuerant confirmati ab Honorio tertio, vt dictū fuit; & in
248 fine dictæ conſiderationis ſeptuageſimæ patet etiā penes Caſſaneū vbi etiā inquit, q † Vgo Cardinalis ordinis fratrū
prædicatorū tēpore Innocentij quarti, qui fuit anno Domini 1245. M.ccxlv. vt ex cronicis patet, & ſic qui fuit poſt
Honoriū tertiū, ſed ante Honoriū quartū, de mādato dicti Domini Innocentij Papæ dictus Cardinalis dedit quaſdā regu
las arctioris aſperitatis Fratribus Carmelitis; & ſic etiam ante Honoriū quartū erant confirmati Carmelitæ Nēpe vt
249 dictū fuit † ab Honorio tertio anno Domini M.CCXVII. 1217. ſicut Ieſuatus d. cap. xxv. & Franc. Sanſouinus in cro-
nicis, ſub anno Domini 1200. iunctis quæ ſub anno Domini 1217. exploratiſsimum reddidere huius veritatis teſtimo
nium:

250 nium: quamobrem vt ex prædictis patet ſemper relinquitur, q religio fratrum prædicatorum. † Primogenita fuit in or
251 dine mendicantium, & ante omnes alias religiones mendicantium † confirmata vt eſt communis ſententia, vt ex cro-
252 nicarum hiſtoriarumq; diuerſarum teſtimonio cõſtat. & inſuper † ſortita fuit prædicatorum religio expreſſam in in-
diuiduo declarationem Honorij tertij latam, de conſenſu omnium Cardinalium, q fratrum prædicatorum ordo eſt ſu-
perior cæteris mendicantibus Franc. Sanſou. in d. 2. parte Cronicarum ſub anno Domini M.CCXVII. 1217. cui acceſ-
253 ſit † deciſio quoq; Alexandri VI. ſuperius regiſtrata. Nunc igitur poſtquàm † hyſtorialis veritas in lucẽ puriſſime pro
254 dijt; videamus quẽadmodum ſigillatim obuiam iri poſſit his quæ pro fratribus Carmelitanis contra fratres prædica-
tores afferebantur vt primus eis videretur deberi locus quaſi antiquior fuerit eius religionis inſtitutio, non obſtat igi
tur q Carmelitana religio dicatur confirmata anno primo Pontificatus Honorij tertij, & ſic anno 1216. ſeu 1217.
255 religio vero prædicatorum anno Domini 1218. Quia reſpondetur, q imo † Carmelitana religio fuit confirmata labente
256 anno 1217. M.CCXVII. licet adhuc perduraret primus annus Pontificatus Honorij tertij, cum tamen † ordo fratrum
prædicatorum fuiſſet confirmatus dicto nondum conſumpto domini anno M.CCXVI. 1216. vt proximæ ſupra ex filo
hyſtoriarum docui; vnde non vera loquutus eſt Caſſaneus d. conſiderat. 69. dum confirmationem prædicatorum factã
anno Domini 1218. tradidit. Nec vera etiam Sanſouinus ſenſit ſi iſtud ordine clauſularum probare exiſtimaret: Nã cõ-
trarium verum eſt, vt patet in puncto ex dicto Reuerendo Ieſuato cap. 27. & ex Gemin. in d. c. quorundam. de ele-
ctio. in vi. & ex Alfonſ. in ſuo religionis theſauro. d. c. 57. verſ. Dominicani, vbi expreſſim teſtantur, q fratrum prædi-
catorum religio fuit confirmata anno Domini 1216. M.CCXVI. & tamen Carmelitæ fuerunt confirmati anno Domi-
ni M.CCXVII. 1217. vt Reuerendus Paulus Ieſuatus teſtatur in d. lib. de orig. omnium relig. c. 23. & Sanſouinus ſub
257 narratis qua ad annum 1200. iunctis narratis quo ad annum 1217. & patet ex † Boer. in tract. de auct. magni
concil. nu. 87. ex Gondiſſal. d. q. 7. in tract. de leg. de later. vbi in puncto tradiderunt, q antiquior eſt inſtitutio fratrũ
prædicatorum, quàm Carmelitarum, & inſuper patet etiam ex gloſſ. & ex communi ſententia in d. c. quorundam. de
elect. in 6. in verbo prædicatorum vbi paſſim, ac ſine delectu receptum eſt antiquiorem eſſe inſtitutionem fratrũ præ-
dicatorum: cuius rei etiam certiſſimum argumentum præſtat, quia Honorius tertius de conſenſu omnium Cardinalium
declarauit fratrum prædicatorum ordinem cæteris mendicantibus ſuperiorem, vt Franc Sanſou. in d. 2. parte cronica-
rum ſub anno Domini 1217. & proptereà cum in lympidis verſemur ſua ſponte præceps rapitur coniectura illa in du
bijs vtiens, q præſumitur primo confirmata carmelitana religio, quæ materiale fundamentum primo dicitur habuiſ
258 ſe; nam in certis atq; lympidiſſimis non eſt locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. & † de materiali
initio non poteſt haberi ratio: ſed formale initium nempe Apoſtolica approbatio ſpectatur, vt ſupra luculenter ex com
259 muni dogmate, & firmiſſimis rationibus demonſtraui; ſed & † Diuo S. Dominico inſidebat dignitas canoniæ regula-
ris dum fratrum prædicatorum ordinem SPIRITVS SANCTI afflatu excogitauit; quam nobiliſſimam antiquiſ-
260 ſimamq; dignitatem inuiſibiliter infixã elucentemq; oculis ipſius Dei Benedicti, † potius reliquiſſe, quàm abſtuliſſe cen-
261 ſendus eſt Deus liberaliſſimus, qui † premia donat conſentientibus vocationi ſuæ: † antiquiſſimam autem omnium eſ-
262 ſe regulam canonicæ huiuſmodi, & vetuſtiſſimum multo eſſe canoniæ ordinem, atq; inſtitutionem ambigit nemo, cum
263 tempore Apoſtolorũ Domini Noſtri Ieſu Chriſti SALVATORIS mundi, cæperit; & eoſdem etiam antea inſtitutos † Diuus
Auguſtinus quoq; ſuo tempore eliminauit in regula, & cum illis Epiſcopus vitam trahera delegiſſet, vt ex Ieſuato c. 17.
in d. tract. de orig. omn. religion. Sed iſta fuſius hic non proſequamur: verum in forma quia non deſunt plurimæ diſſolu
tiones diluimus obiecta, nempe vt dictum fuit, q minime verſamur in ancipiti ſed ſumus in claris, q anterior fuit confir
matio fratrum prædicatorum, vt tradidimus: vnde in eo ſtatu Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. illius Ducis ſi verum eſſet Car-
melitanos fuiſſe prædicatoribus prælatos, conſtat q materialis initij rationem habuiſſent conſultores illi, non autem cõ
264 firmationis Apoſtolicæ: verum enimuero ex firmiſſima communi ſententia † confirmatio Apoſtolica ſpectatur non au-
tem materiale initium ante Apoſtolicam confirmationem vt docuimus ſupra nume. 68. d. verſic. & licet ordo aliquis
vbi ex Archid. & Io. de Turre Cremat. & Felyn. & Caſſan. ex Alfon. ex deciſione Concilij Bononienſis, & ex commu-
ni indubitata paſſimq; recepta ſemper ſententia ita iuris eſſe, & ita ab interpretibus iuris, ac Canonum imperio, &
265 ſanctionibus decidi, monſtrauimus: quare † nõ exemplis, aut Hiſpaniæ aut Illuſtriſſ. Ducatus prædicti vbi falſum eſt ita
266 fuiſſe deciſum aut alterius loci iudicandum eſſet, quia non id quod fit ſed † quod fieri de iure debet ſpectatur, præſer-
267 tim quia ſi exemplis vti deberemus † Roma exemplar eſſe deberet, quæ eſt vrbs totius orbis, & † caput terreſtris glo-
268 bi, vbi reſidet Dñ altiſſimi iuxta Dominus Papa † Vicarius Ieſu Chriſti Domini Noſtri, ſed ne veritas taceatur, imo in
eo Illuſtriſſ. & Auguſto Ducatu vbi ſancta adminiſtratur iuſtitia. Sapientiſſime & perq̃ Catholice fuerũt Carmelitanis
prælati prædicatores: Carmelitani vero fuere prælati cæteris: & falſa retulerũt affini meæ qui aliud dixerũt, ſed vera ipſe
percepi; ex illis perſonis qui proceſſionaliter in illis Ciuitatibus proambularunt, vt viſu videri poteſt quotidie. & pro-
ptereà non poteſt vllus mendicantium ordo præferri fratribus prædicatoribus qui in vrbe cæteris præſtant, & inſu-
269 per † qui de iure cunctis præſtare debent mendicantibus, cum ſint primogeniti: † labitur. n. Caſſa. d. conſid. 70. dũ præ-
270 ferendos eſſe Carmelitas etiam fratribus prædicatoribus dicebat, quaſi antiquius inſtituti ſint Carmelitæ, quia ſi ſenſit
quo ad confirmationẽ Apoſtolicã fallitur, vt indicauimus: ſi loquutus eſt ratione materialis initij illud non ſpectatur, ſed
confirmatio Apoſtolica vt docuimus: ſi cogitauit de regula quia regulã S. Baſilij antiquiſſimã delegerint, vt ipſa opina
tur licet Theſau. relig. d. c. 57. regulã S. Aug. aſſumpſiſſe omnes mendicantes præter minores S. Franciſci affirmet: tamẽ
271 regula nihil intereſt, vt etiã ſupra demonſtrauimus: quid n. ſi hodie † omniũ nouiſſima religio crearetur quæ regulã S.
Baſilij omniũ antiquiſſimã aut S. Benedicti quæ poſt eã ſecundũ locũ ordine naturæ ſortita fuit Theſau. relig. d. c. 57.
272 in prin. aſſumeret; † nunquid omnibus antiquioribus religionũ ordinibus quæ recẽtiores regulas S. Aug. vel S. Dominici
273 & S. Frãciſci delegerunt præſtaret † ſanè minime: † quia non regula. Nõ materiale initiũ. Non tituli ſublimitas. Non
quicquàm

274 quicꝗ aliud ſpectatur, ſed confirmatio S. Sedis Apoſtolicæ, vt dictũ eſt: ꝙ ſi de confirmatione Apoſtolica ſenſit Caſſa-
neus labitur etiam vt diximus, & contra communem ſententiam, & contra veritatem loquitur: igitur nobis noc nimiũ
non eſt, quod dicebat Caſſaneus. Nec etiam nobis aduerſatur id quod dicitur Apoſtolicã confirmationẽ retrotrahendã
275 ad materiale initiũ: nã id communi quoq; ſententiæ Repugnat, qua proditũ eſt, ꝙ † licet aliqua religio reſpectu mate-
rialis initij fuerit poſterius inuenta: tamẽ ſi reſpectu cõfirmationis Apoſtolicæ ſit anterior præſtare debet religioni antea
276 inſtitutæ, ſed poſtea per Dominum Papam confirmatæ: vt † in puncto ex deciſ. concilij Bononienſis firmat ipſe quoq; Caſ
ſaneus in d. cata. de glo. mun. quarta par. conſid. 52. ver. ſeptimo, & conſid. 69. verſ. & licet ordo minorũ, & Theſau. re
lig. d. c. 57. verſ. reſtat. & patet ex Gemi. & Io. And. in lect. ſuper d. c. quorundam. de elect. in vi. ſi n. retrotraheretur
confirmatio Apoſtolica deſtrueretur huiuſmodi communis ſententia, & digniorẽ locũ potius ſortirentur qui primo ma
terialiter cœperunt eſſe de aliqua religione, licet poſtea confirmati fuiſſent, ex quo illuc cõfirmatio per retrotrahitionẽ
277 decurreret: † quod falſum eſt, & contra frequentius probatã concluſionẽ, & cõtra deciſ. Concilij Bononienſis prædicti,
278 & ratio præter cæteras eſſe poteſt quia † mediũ interpoſitũ cui quæſitũ ius auferri nequit, & cui non decet iniuriã irroga
ri, impedit decurſum confirmationis Apoſtolicæ ad initiũ materiale religionis; impedit inꝗ retrotrahi, & propterea
279 ordo fratrum prædicatorum Apoſtolice confirmatus anno Domini M. CCXVI. 1216. † cui quæſitum ius erat per be-
nedictionem ſummi Romani Pontificis, ſunt impedimento ne poſſet retrotrahi confirmatio Apoſtolica, Poſtea car-
280 melitis elargita: ſicut † fratres prædicatores, & fratres S. MARIAE de mõte Carmelo, nũcupati Carmelitæ, & fratres mi
nores S. Franciſci ſunt impedimento ne confirmatio Apoſtolica Alexandri quarti erga ordinem heremitarum S. Aug.
poßit retrotrahi atq; decurrere ad initia materialia ordinis heremitici, que tempore ipſius ſanctißimi, & percelebris
SANCTI, nunꝗ ſatis ſublimati Aug. cœperãt, vt exiſtimat Paulus Ieſuatus in trac. de ori. om. reli. c. 07. tamẽ vt ſupra re
tuli diu diſtulerunt confirmationẽ Apoſtolicam obtinere, vt ordo eſſet Apoſtolica auctoritate confirmatus, & ſuæ re-
281 gulæ Apoſtolica auctoritate innodatus, quod † petendũ omnino erat: † iſta. n. fuiſſet Apoſtolica inſtitutio, quod tamẽ dũ
282 taxat feciſſe leguntur tempore Alexandri quarti, & Honorij quarti, vt tradidimus, ex Theſaur. relig. d. c. 57. verſ. he-
remitani, & patet ex 2. parte cronicarum Sanſonini ſub anno Domini M. CCLV. 1255. vbi ꝙ tali anno per Alexan-
283 drũ iiij. fuerunt † ad exemplum prædicatorũ, & minorũ ſublimati formatiq;, & priuilegijs illuſtrati, & ſic vt colligi ſa
tis poteſt tunc regulæ ipſorum innodati Apoſtolica auctoritate; & ideo priuilegijs donati quibus prædicatores, & mi-
nores: quos fratres prædicatores, & minores antea ipſis humiliter ita petentibus; ſuis regulis Apoſtolica ſedes innoda
uerat: ſubiecerat q;: Vnde Apoſtolicã confirmationẽ ſuis ordinibus, & ſuis regulis habuiſſe dicebantur, & cernebãtur
284 Imo ẽt ſi nullum extaret impedimentũ in medio tamẽ † nec retrotrahi confirmatio Apoſtolica deberet, propter ſuã Di
285 gnitatem, & altißimum ſublimeq; penitus faſtigiũ Apoſtolicæ inſtitutionis: & quia forma eſt, † nec retrotrahitur for
ma: que tunc dat eſſe rei cũ aduenit rei, non autem antea res fuit: quod ex diffinitoine formæ patuit de qua ſupra: ta-
men ſi retrotrahi poſſe diceretur, quod falſum eſt, nihilominus hoc fieri dubio procul nequit, dum medium impediẽs ſu-
286 peruenit, vt dictũ eſt, ita. n. † læderetur qui calerior fuit in exhibenda reuerentia Sanctæ Sedi Apoſtolicæ: † quare imo
287 etiam æquum eſt, vt qui tardius aduenit inferior ſit; atq; etiã vt qua antiquior eſt inuentione, & materiali initio eo
288 † minus excuſabilis ſit, in cunctatione, ſeu mora non factæ præſentationis de ſe coram Romano Pontifice cum regula
firmata; & non petitæ innodationis ad illam regulã per benedictionem Apoſtolicam ſecutæ. laudari quiſq; debet, &
allici vt conſentiat voluntati DEI vocantis ad initium alicuius religionis inueniendæ, & incohandæ: ita etiam repre-
289 hendendus eſt, † ſi diſtulerit pro apoſtolica confirmatione ad Vicariũ ipſius Dei Benedicti decurrere: & alliciendus eſt
vt pro confirmatione Apoſtolica ad quam idem DEVS Benedictus vocat percurrat: & propterea qui primo confirma-
290 tur dignior ſit; quoniam hic † primo opus ſuum perficit, & † erectionem ſuæ religionis pia, reuerenti, ſancta, debita
291 omnino, & vigilanti cura, atq; obedientia impetrauit: cui de iure † non poteſt iniuria irrogari, & à quo ius huiuſmodi
292 Apoſtolica benedictione quæſitũ non aufertur, vt ſuperius diffuſe tradidimus; & † conſtat ex traditionib. Aymon. in
293 tract. de antiquis. temp. in prin. & ſic conſtat, ꝙ † primogeniti ſunt fratres prædicatores, & ab eis locus ſublimior au-
294 ferri nequit: Carmelitis autẽ debetur ſecundus locus: & minoribus S. Franciſci tertius, ac heremitanis S. Aug. quartus.
Neq; obſtat, ꝙ imo minores S. Franciſci legantur confirmati per Innoc. iij. anno ſalutis humanæ M. CCXII. 1212. vt
Paulus Ieſuatus, in d. tract. de orig. om. relig. c. 28. quia fallitur; nam dũtaxat materialiter cœperat: & ita materialiter
decurrebat ordo minorum tempore Innoc. iij. ſed poſtea confirmata fuit religio fratrum minorum S. Franciſci anno Do
295 mini M. CCXXIIII. 1224. per Honorium tertium, & fuit † Prima confirmatio illius ordinis, vt teſtatur Franc. Sanſon.
296 in d. 2. parte cronicarum mundi ſub anno Domini M. CCXXIIII. 1224. vbi etiam refert, ꝙ † inuiſibilis hoſtis humani
generis plura inuiſibiliter impedimenta obijciebat ne confirmationem obtineret tam pius, & ſanctißimus ordo Di-
ui Franciſci à quo ordine benedicto cognoſcebat fore, vt regnum ſuum infernale premeretur; & idem conſtat ex The-
ſau. relig. d. c. 57. verſ. reſtat, & ex Caſſaneo in d. conſid. 69. verſ. & licet ordo minorum S. Franciſci, & eſt inſuper cõ-
297 munis ſententia, ꝙ dubio omni procul † fuit confirmatus poſt prædicatores ordo minorum S. Franciſci, vt Gondiſſ. d. q.
7. Roc. d. nu. 87. Gemi. Io. And. & cæteri, & illic quoq; litera tex. in d. c. quorundam. de elect. in 6.
Neq; etiam nobiſcũ pugnat, ſi quis dixerit pro heremitanis S. Aug. ꝙ ipſi fuerint confirmati ab Innoc. iij. preceſſo-
re Honorij tertij, vt d. theſaur. relig. cap. 57. verſ. heremitani: quibus accedunt quæ Sanſoninus ſub anno M. CXCVIII.
1198. vbi ꝙ dictus Inno. iij. conceſſit priuilegia heremitanis vt eſſent immediate ſubiecti Sanctæ Sedi Apoſtolicæ. Nã re
ſpondetur, ꝙ minime illud firmat Theſau. ſed tantum refert, ꝙ aliqui ita exiſtimant. Præterea id minime verum eſſe cõ
298 ſtat, quia Bonifacius viij. in c. quorundam. de elect. in vi. vbi ex cõi ſententia † per ordinem litteræ, voluit indicare ordi
299 nẽ confirmationis, & inſtitutionis Apoſtolicæ circa ordines mendicantium, retulit † heremitanos vltimo loco poſt prædi
catores, & poſt minores S. Franciſci, & ibi eſt communis ſententia, ꝙ imo antiquior eſt inſtitutio fratrum prædicato-
rum

300 rũtq́ inſtitutio Apoſtolico beremitarũ, & conſtat ex Gondiſſ. Villa dieg. ex Boer. & olijs prout in ſequenti diſſolutione
ad ſequens difficilius,ſeu longe antiquius obiectũ fuſius exequar: nec ad rem ſpectat,quod ais Sanſouinus ſub dicto anno
301 Domini M.CXCVIII. 1198.quia † dare priuilegium congregationi: Viuenti ſub aliqua regula: non eſt Apoſtolicã con
firmationẽ & Religionis inſtitutionem tribuere,vt ſuperius velut digito indicare eapimus,& infra proxime dilucidius
302 patebit.imo ipſi † Dominicani leguntur confirmati per Innoc. iiij. vt ſatis colligitur ex his quæ Franc. Sanſou. ſub anno
303 Domini 1209 M.CCIX.& ex hu quæ Paulus Ieſuatus d.c.27.†neq; n.obediẽtia S.Dominici Benedictũ,& duodecim il
lorum fratrum ſuorum ergo Innoc.iij.qui miſit eos contra quoſdã filios Satanæ hæreticos,poſtq́ ordo prædicatorum iã
fundatus erat;debuit eſſe nocumento ipſi ordini fratrũ prædicatorum.ſi propterea interim fuit ſuſpenſa ſolennis expe-
304 ditio cõfirmationis Apoſtolicæ,ſed dicamus,q̃ Honorius iij.confirmauit prædicatores;profecto ideo†primi ſunt quia he
remitanos confirmauit Alexander iiij.qui multo poſt Honoriũ iij.claruit vt dictũ fuit, & patet in ſequenti ſolutione ad
305 proximẽ ſequẽs obiectũ:Carmelitas autẽ et minores S.Frãciſci cõfirmauit idẽ†Honorius iij.ſed antea cõfirmauerat p̃dica
tores,vt docuimus ſupra:atq; ẽt expreſſim declarauerat illos eſſe ſuperiores omnibus mendicantibus,vt deduximus ex
eodẽ Sanſouino.Neq; ẽt cõtra nos pugnat ſi quis argumentationẽ ſtruxerit pro heremitanis S.Aug.q̃ imo ipſi videan-
tur omnibus præferendi:cũ imo adhuc eorũ inſtitutio cæteris antiquior videatur,ex quo legãtur cõfirmati tẽpore Atha
naſii quarti vt Paulus Ieſuatus indicat in d. trac.de orig. om.reli.c 17.& Frãc Sãſ.d.2.parte cronicarũ ſub narratis
quo ad annum Domini M.CLIII.1153.& quo ad annũ M.CLVII.1157.vbi, q̃ ab Athanaſio habuerũt licentiã habi
tãdi intra Ciuitates,& q̃ circa dictũ annũ Domini M.CLVII 1157.extruxerunt Pariſiis conuentum ſub titulo mendi
cantium : Qui ſonè Athanaſius quartus,ſummum noſtus fuit Pontificatum dicto anno Domini 1153.M.CLIII.vt ex
cronicis Romanorum Pontificum conſtat,& ex Sanſouino ſub tali anno prædicto.
306 Nam reſpondetur,q̃ † iſta non fuit confirmatio Apoſtolica heremitis S.Aug.conceſſo in eam formam,vt erigeren
tur Apoſtolica auctoritate in ordinem & religionem , cum tali regula:ſed duntaxat conceſſio , vt poſſent habitare in-
307 tra Ciuitates:ſed†tunc heremitica iſta ſancta cõgregatio fuit erecta in ordinem & religionem cum vna ſua tali regula;
308 † quando illos collegit Alexander quartus qui claruit anno Domini M.CCLIIII. 1254. vt ex cronicis Romanorũ Pon
309 tificũ liquet;qui Alexãder iiij p̃dictus tali anno heremitas omnes in vnũ nomen collegit,& † exemplo fratrum prædica
torum,& minorum priuilegijs Apoſtolicis donauit,& ſic exemplo quoq; eorum:regulæ ipſorum Apoſtolica auctorita-
te innodauit,vt ex Sanſouino colligi poteſt ſatis lympide, vt mihi videtur d.2.parte cronicarum ſub anno Domini præ
310 dicto M.CCLIIII. 1254.& ſub anno Domini M.CLVII.1157.Athanaſius.n.†fecerat ſingulare quoddam priuilegiũ
ergo Beatũ Guiglielmum heremitam S.Aug.à quo tunc appellabantur Guiglierm itæ, vt Sanſouinus ſub anno Domini
311 prædicto 1157.M.CLVII. attamen † nunq̃ heremitica congregatio obtinuit confirmationem Apoſtolicam , vt erecta
intelligeretur in ordinem,& religionem talem,ſub tali regula per nexum Apoſtolicum innodantẽ cũ regula, congrega
tionẽ,vt vltro nequeat congregatio ſpõte ſua circa regulam variare:niſi temp.Alexandri iiij.vt dictum eſt:quod patet
quia tertium locum inter mendicantes obtinuerunt,vt theſaur.relig.d.c.57.verſ.heremitani,quodq; probatur ex tex.
in c.quorundam.de elect.in vi.qui tertio loco poſt prædicatores,& minores enumerat heremitanos S. Aug. & illic eſt
cõmunis ſentẽtia glo. Gem. & aliorum ac Io.And.met ſuper lect.q̃ ideo hoc factum fuit per Bonifaciũ viij. auctorem
312 illius canonis , † quia antiquior eſt inſtitutio fratrum prædicatorum,& fratrum minorum S.Franciſci; & conſtat ex
Boer.in d.tract.de auct.mag.conci nu.87.& ex Gondiſſ.Villa dieg.in d.tract.de lega.de later.q.7.nu.11.Si n.Athana
ſii fauores,& priuilegia erga Ducem illum Aquitaniæ Benedictum;videlicet Beatum Guiglielmum heremitam Regu
læ S.Aug.& conceſſiones dicti Athanaſii quarti erga heremitas prædicto S.Aug.fuiſſet cõfirmatio ordinis,ſub tali re
gula,ita q̃ eos tali regulæ ſubijciſſet,innodaſſetq;,& ſic fuiſſet inſtitutio Apoſtolica de religione heremitarũ S. Aug.
313 vtiq; non tradidiſſent frequentiori calculo ſcribentes , q̃ antiquior eſt inſtitutio fratrum prædicatorum & minorum:
nec Bonifacius viij.in loco vbi ex ordine literæ vult indicare erectiones,& Dignitatẽ mendicantiũ , vt crebrius rece-
ptũ eſt,non enumeraſſet tertio loco heremitanos S.Aug.Quibus accedit,q̃ idem F.Paulus Ieſuatus qui tanta fertur de-
314 uotione erga regulã dicti S.Aug.& erga heremitanos prædictos,teſtatur legiſſe Bullas†duas Romanorũ Pontificũ erga
315 heremitanos S.Aug.videlicet Innoc.quarti , & Alexandri iiij.qui ambo floruerunt† poſt Honoriũ tertiũ,qui antea cõ
316 firmauerat Ordines Prædicatorũ,Carmelitarum,& minorum: & tamen † nihil dicit de aliqua Bulla Athanaſii Papæ
quarti;non eſt igitur recedendum à communi ſententia, & à communi interpretum teſtimonio , quo deciſum eſt anti-
317 quiores eſſe inſtitutiones prædicatorum,& minorum,quàm heremitarum:ſed & † Carmelitæ præſtant hæremitanis e-
tiam ex communi ſententia,vt tradidi: Ratioq; illa reddi poteſt pro communi ſententia quã ſuperius indicaui,quoniã
licet Athanaſius iiij. & Adrianus quartus vt inquit Paulus Ieſuatus d.c.17. conceſſerint heremitis S.Aug. vt intra
318 ciuitates quoq; habitare poſſent,tamẽ iſta,& ſimiles conceſſiones erãt tolerantiæ,& fauores quibus ſanctiſſime,& Pa
319 terno ductu alliciebatur † ordo ille , vt augeri vellet, & confirmationem per nexum Apoſtolicum peteret cum regu-
la ſancta aliqua,ſed non propterea eos adhuc innodauerat alicui regulæ , nec in talẽ, vel talẽ religionẽ cum tali regula
erexerat; quod fecit Alexander iiij.vt dictũ eſt anno Domini Mccliiij.1254.adeo q̃ ſuper electione regulæ,& illius la
xioribus habenis,vel arctioribus ſemper variare prolibitu potuerũt,dicti Guiglierm itæ,ſeu heremitæ quandiu illi ſe ob
ſtrinxerunt per Apoſtolicam auctoritatem dicti Alexandri iiij.Regulæ n.S.Baſilij,S.Benedicti,& S.Aug. multo tempo
320 re etiam ante Honorium iij.fuerant approbatæ:ſed†non propterea dum Viri aliqui ſub aliqua ex illis regulis vitam du-
cere inchoabant,& iuxta illarum ſeriem mores trahebant protinus eorum congregatio dicitur ordo legitimus,& in re
ligionem erectus:Cum Apoſtolica confirmatio requiratur;d.c.fi.de relig.domib.ext.& d.c.vni.de vo.lib.6.& ſupra af
321 fluenti tractatu complexi fuimus; tunc n.† tantum Apoſtolica inſtitutio religionis in eſſe producitur : quando congre-
gatione ſancta aliqua hoc petente;propoſita regula aliqua ſancta: illi regulæ innodatur Apoſtolica auctoritate: & ideo
† licet

322 † licet mille annis antea eſſet probata regula aliqua per Dominum Papam, & mille annis antea eſſet congregatio ali-
qua viuens;ſub tali regula,pluribus locupletata priuilegijs,per Romanum Pontificem,qui ſunet omnibus ſanctis ope-
323 ribus,tamen nunquàm dicuntur Apoſtolicam inſtitutionem adipiſci † quandiu circa regulam variare poſſunt, & quã
324 diu differant petere à Romano Pontifice , vt eum tali regula confirmentur , & ſic tali † regulæ Apoſtolica auctoritate
innodentur,quod eſt in Religionem erigi Apoſtolica auctoritate: hoc autem factum minime fuiſſe per heremitas Sancti
325 Aug. † niſi tempore Alexandri quarti, patet ex prædicta communi ſententia,quæ iuniorem eſſe hæremitarum S. Aug.
inſtitutionem decidit:& patet ex Bonifacio octauo in d.c.quorundam.de elect.in vi.Nunquid enim Bonifacius octauus,
& tot celeberrimi legum vertices ignorabant,quòd Auguſtiniani à S.Aug.cœperant deſcendere:ſed probe nouerant viri
326 ſapientiſſimi,quòd niſi † tria copulatiuè concurrant regula ſancta.congregatio ſancta . & nexus inter regulam ex vna &
congregationem ex altera per Apoſtolicam auctoritatem benedictionemq; innodatus:nunquam dicitur inſtitutio reli-
gionis legitime aduenisse.Quãdo igitur hæc omnia tria coniunctim concurrunt nempe primo,quòd aliqua ex regulis appro
batis videlicet S.Baſilij,S.Benedicti,vel de quibus theſau.relig.d.c.57.nume.2.Vel alia regula conſtituatur per aliquos
legitima quæ probetur per Dominum Papam . Secundo quòd ſub tali regula viuant,& viuere vnanimi conſenſu ſta-
327 tuant . Tertio , quòd Sanctiſſima auctoritate Apoſtolica innodentur tali regulæ , & confirmentur ſub ea. † tunc
dicitur congregatio huiuſmodi legitime inſtituta, & in Religionem talem , & ordinem talem Apoſtolica auctoritate
erecta:ante vero hoc tertium requiſitum erat congregatio ſancta benignis oculis merito viſa per Romanum Pontifi-
328 cem:in Ciuitatibus tolerata,& admiſſa quo augeretur:& propter varia bona inſuper priuilegijs locupletata:ſed † non
erat ordo Apoſtolicus,nec religio Apoſtolica,& propterea nec religionis ordo;cum minime adhuc voluerit petere A-
poſtolicam inſtitutionem;quæ ſanè tunc petitur quando ita confirmari ſupplicatur à Domino Papa vt cum tali regula
329 confirmentur , † quod eſt illi regulæ innodari Apoſtolica auctoritate, & in religionem talem per Dominum Papam
330 erigi;quandiu autem hoc non petebant † tandiu Apoſtolica auctoritate confirmari,& erigi in religionem,& ordinem
Apoſtolicũ recuſabãt,tandiu iuſ in religionem,& regulã cui ſe obſtringere Apoſtolica auctoritate vellẽt negligebãt:
331 ſed in ſua verius variationis circa regulam, & modũ religionis libertate viuere adamabãt:† nunq̃ igitur ordo talis eſt,
& nunq̃ eſt talis Religio approbata per Sedem Apoſtolicam, niſi regula talis adſit cui ſe innodarint , & ſubiecerint
332 auctoritate Apoſtolica:& † hoc eſt confirmationem religionis obtinere à Romano Pontifice,& Religionem Apoſtoli
333 cam fieri,ac religionem confirmatam non autem tantum toleratam , dici poſſe: quandoquidem vt ſua luce patuit hoc
ſit religionem aliquam confirmari à Domino Papa,nempe talem congregationem cum tali regula confirmari,& ſic ta
334 li regulæ exinde eis Apoſtolica auctoritate confirmatæ ſubijci,& propterea innodari : vnde † nec vltra ſine conſenſu
Domini Papæ variare licebit,quod dubio procul ante confirmationem huiuſmodi licebat;& ideo ante huiuſmodi con-
335 firmationem † non dicebantur in talem religionem erecti per Dominum Papam , nec dicebantur confirmati ac Bene-
dicti,& innodati cum aliqua regula per Sedem Apoſtolicam,licet infinita priuilegia Dominus Papa huiuſmodi cõgre-
336 gationi concederet: † Aliud n.eſt per Romanum Pontificem congregationes aliquas tolerari ; benignis oculis videri,
priuilegijs locupletari,vt poſſint etiam mendicare:& zenobia ſtruere,& ſic laudari, & admitti in tali vita cum tali re
337 gula : Quam tamen variare poſſunt ex quo adhuc nexum Apoſtolicum in illa regula non petunt : † aliud eſt con-
firmari per Dominum Papam ſub tali regula illiq; innecti.& propterea ſcribentes iuris dum de anteriori fratrũ præ-
dicatorum Apoſtolica confirmatione loquuntur , receptiori calculo in hæc verba loquuntur † quia antiquior eſt eorum
inſtitutio.ſed heremitarum,& cæterorum recentior eſt inſtitutio,vt glo.& ſcrib.in d.c quorundam.de elect.in 6. Boe,
d.nu.87.Gondiſſ.d.q.7.nu.10.& ubi omnes de quibus memini,& etiam littera tex.Quæ res teſtimonium dicum infre-
339 fragabile,† quia eſt teſtimonium Bonifacij octaui,& communis ſententiæ in d.c.quorundam.de elect in vi.& plurimo-
rum interpretũ etiam alibi teſtificantiũ,vt ſatis colligi poteſt , quòd omnis confirmatio quæ poſſet prætendi, vt includa-
tur ſub priuilegijs ſupradicti Athanaſii,vel aliorum erga heremitanos ante Honorium tertium,& Alexandrum quar
340 tum, omnes huiuſmodi confirmationes non ſunt tales,vt obſtringerent heremitas S.Aug.tali regulæ, quin variare poſ-
341 ſent : alioqui fuiſſet Apoſtolica inſtitutio , quod ipſi negant communi teſtimonio , firmantes quòd † recentior eſt inſti-
tutio heremitarum S.Auguſtini,& antiquior prædicatorum inſtitutio,& quòd talis antiquior prædicatorum inſtitutio fuit
tempore Honorij tertij,anno Domini 1216.M.CCXVI.& ſic,quòd nec Athanaſius nec alius vllus ante Honorium ter-
tium confirmauerat heremitanos vel alios vllos mendicantes . fruſtra igitur nituntur de antiquiori inſtitutione do-
342 cere,ij † qui materialia initia congregationum,& antiquitates zenobiorum in heremis,vel in Ciuitatibus;referũt: aut
343 etiam Romanorum Pontificum ſcientiam,& priuilegia expendunt:† quandiu non docuerint per talem Romanum Pon
344 tificem tali regulæ ſe innodatos:& ita in Religionem erectos , & tali ordini Apoſtolica auctoritate ita aſcriptos ,† vt
345 nexus congregationis cum regula ipſis petentibus fuerit,per Dominum Papam factus:hoc autem † primo fecerunt Do
346 minicani † poſtea Carmelitæ,† tertio minores S.Franciſci † quarto heremitani S.Aug.Igitur nihil mirum ſi poſtremo lo
347 co retulit de heremitanis Bonifac.viij.in d.c.quorundam.de elect.in vi.& ſi communis ſententia eſt cõtra eos,nempe quòd
348 inſtitutio prædicatorum,& minorum antiquior eſt:& vt patuit etiam Carmelitarum : à qua communi ſententia † non
349 eſt recedendum,maxime quoniam † qui primo ceruices ſuas ita ſubijcit alieni regulæ , vt illi Apoſtolica auctoritate in
350 nectatur,nec variare liceat vltra;ille † magis benemeritus eſt de religione , & de Apoſtolico nitore,ac Papali auxilio
351 † quia primus à Papa voluit regulæ innodari,& ſic in talem religionẽ erigi:& ideo inſuper corruũt quæ Caſſa.dicebat
352 pro heremitanis conſid.71.Quoniã ordines religionũ,Non poſſunt Coronari † niſi per Romanũ Pontificem,cuius eſt eri
gere,& approbare religiones,d.c.ſi.ext.de relig.domib.& d.c.vni.de vo.& vo.redemp.lib.6.omnes igitur ab æqua-
li coronantur : ergo qui prius coronatur ille dignior eſt . Præterea de ſanctorum meritis non eſt diſputandum:quod
353 ſi diſputaretur fertur Diuum S. Franciſcum † propter humilitatem adeptum in cœlis primam ſedem à qua lucifer ceci
dit ;